S... co...

aduētū aī. aly...

ſius. Et q̄o. i te... xp̄...

26-B-N. 091

191 I 238
210

I-238

55 — 3

21.525

UNIVERSITAS ... BIBLIOTHECA ... DE ZARAGOZA

a.i.

Incipit tabula predicacionū de aduētu xp̄i Magistri Roberti or- dinis minoꝝ cū nōnullis aliis p̄dicacionib9 in hoc li. contentis.


| | | |
|---|---|---|
| Primus fructus | Jhesus ab Adam cognit9. carta | prima |
| Secundus fructus | Jhesus desiderat9. carta | v. |
| Terci9 fructus | Jhesus a ꝓphetis est cognit9 car. | viii. |
| Quartus fructus | Jhesu maria mater dicit̄ car. | xii. |
| Quartus fructus | Jhesu matris virginitas car. | xiiii. |
| Quintus fructus | Jhesus annunciatus car. | xviii. |
| Sextus fructus | Jhesus vtero clauditur car. | xii. |
| Septimus fructus | Jhesus est filius dei carta | xxiii. |
| Octau9 fructus | Jhesus xp̄s magnificatus carta | xxvi. |
| Nonus fructus | Jhesus homo perficitur carta | xxix. |
| Decimus fructus | Jhesus in mundum mittitur carta | xxxi. |
| Vndecim9 fructus | Jhesus venisse visus est carta | xxxiii |
| Duodecimus fruct9 | Jhesus vide cognoscitur carta | xxxvii |
| Tredecim9 fruct9 | Jhesus est imittandus carta | xxxix. |
| Decimus quart9 fru. | Jhesum Johannes predicat carta | xliii. |
| Quidecim9 fructus | Jhesus satisfactor carta | xlvi. |
| Sedecim9 fructus | Jhesus defectus su[illegible]mens carta | xlix. |
| Decimus septi9 fru. | Jhesus rectus moribus carta | li. |
| Deci9 octau9 fru. | Jhesus caput proponitur carta | liii. |
| Deci9 non9 fruct9 | Jhesus est sciens omnia carta | lvii. |
| Vicesimus fructus | Jhesus potenter operans carta | lix. |
| Vicesim9. i. fruct9 | Jhesum Johannes clamitat carta | lxi. |
| Vicesim9. ii. fruct9 | Jhesus letanter nascitur carta | lxiii. |
| Vicesim9. iii. fruct9 | Jhesum Stephan9 vidēs lapidat̄ car. | lxvii. |
| Vicesim9. iiii. fru. | Jhesus Johannem diligit carta | lxix. |
| Vicesim9. v. fru. | Innocentes p xp̄o occidunt̄ carta | lxxiii |
| Vicesim9. vi. fru. | Jhesus sacerdotes apꝓbat cū virtute car. | lxxvi |
| Vicesim9. vii. fru. | Jhesus est circumcisus carta | lxxix. |
| Vicesim9. viii. fru. | Jhesum adorant Reges carta | lxxxii. |
| Vigilia nati. dñi. | Sermo de sancto Joseph carta | lxxxv |
| Sermo de beatitudine carta | | lxxxvii. |
| Sermo primus de diuina caritate carta | | lxxxxv. |
| Sermo secundus de diuina caritate carta | | c. |
| Sermo tercius de diuina caritate carta | | c.iii. |
| Sermo quartus de diuina caritate carta | | c.vi. |
| Sermo quintus de diuina caritate carta | | c.xi. |
| Sermo sextus de diuina caritate carta | | c.xii. |
| Sermo septimus de diuina caritate carta | | c.xvi. |
| Sermo pri9 de imortalitate aīe. i quo tractat̄ d̄ vita i cōi car. | | c.xviii |
| Sermo secund9 de vita hoīs ante suā beatitudīnē carta | | c.xxi. |
| Sermo terci9 iterū de ꝓbacione imortalitatis aīe carta | | c.xxv |
| Tractatus de concepcione virginis Marie carta | | c.xxxiii. |

del conuent de Jhs de Congoca

Ruberti de licio et ordine minoꝝ in theologia ꝑitiſſimi verbi dei
in hac etate oratoris eloquentiſſimi/p̄dicaciones a prima dñica de
aduentu quottidie incluſiue vſq̧ ad quartã/et de feſtiuitatibꝫ a na
tiuitate dñi vſq̧ ad epiphaniã cum nõnullis aliis ſuis p̄dicacionibꝫ
feliciter incipiunt. Prima dñica de aduentu de lapſu hominis et
de cognicione Ade qua cognouit xp̄m eſſe incarnandũ pro ſalute
generis humani que aliter haberi nõ poterat niſi xp̄us incarnaret.

Primus fructus Jheſus ab Adam cognitus.

Nox preceſſit dies aũt appropinquauit. Verba ſũt
doctoris genciũ ad Ro. xiii. c. et in ea ep̄la hodier-
na. Nichil vnicuiq̧ tam ꝯueniens eſſe poteſt ad ſe
ipſũ incitadnũ ad dilectionẽ ſummi dei. q̃z frequẽs
cogitacio ſuoꝝ beneficioꝝ que ex munere liberta-
tis ſue cõcedere voluit racõnali creature. Inter que
illud vnũ ꝑfecto ſtupendũ ac memoria eſſe dignũ cenſeo. ꝙ ſeipſũ
veſtire forma mortalitatis noſtre voluit. ſtupendum quippe eſt in
carne viſibili apparuiſſe deũ pro redempcione et ſalute hoĩm. Qua-
ꝓpter ſtatuit ſancta mater eccleſia hoc tempe aduentus huiõi mi
ſterii colendiſſima et deuotiſſima celebrare. vt fideles cũcti vigiles
fiant ne quippiã velint deſiderẽt. ament p̄ter dilectũ Jheſũ omniũ
ſaluatorẽ. Ob quod in ſequentibꝫ ſermonibꝫ equũ eſſe arbitrat9 ſũ
aliquid dicere de aduentu dñi noſtri iheſu xp̄i in carnem. Hodierna
vero die mentẽ reuocabo ad incarnacionis natiuitatẽ quã intellige
mus ſub vna tñ ꝓpoſicione que eſt. Jheſus ab Adam cognit9. In
ipſo eñ patre generis humani iniciũ cepit omniũ p̄dicio. Quod nox
p̄ceſſit. et tñ per xp̄m inuenta eſt ſalus et ſibi et omnibꝫ electis/qui
ciues eſſe debẽt in celeſti hieruſalẽ. quod Paulus declarat. cum dic.
Dies autem ſcꝫ lumen gracie et gaudiũ reſurrectionis appropin-
quauit. Ad quod melius intelligendũ in preſenti tres concluſiones
erunt declarande. Prima dicit̃ veritatis.
Secunda dicit̃ qualitatis. Tercia dicitur remiſſibilitatis.

Capitulum primũ qualiter veꝝ eſt ꝙ deus non condidit hominẽ
in his penalibus et miſeriis quas videmus. ſed ꝓpter peccatum in
illas cecidit ſic exigente diuina iuſticia.

Prima concluſio dicit̃ veritatis. in qua philoſophanciũ quo
rundã impugnand9 eſt error. inter quos et ſi pleriq̧ varia
dixerũt/vel de mundi eternitate. vt Aꝝ. vel de infinitate
vt Ana et Democritus. qui prout valeri9 commemorat de cupi-
ditate glorie infinitos mũdos fore dixerunt. vel de mũdi nouitate.
vt quod alii. et fuere tñ nonnulli qui ꝓfeſſi ſũt ex tpe a deo mundũ

factũ fuiſſe hoies ꝑo inique ꝑ peccatũ cecidiſſe·ſed eos a principio generacõis fuiſſe eiuſdẽ ɔdicõis cui9 ſũt et hoc tpe calamitatis et luctus quod ſi verũ eſſet facillime ſequeret̃ ob nullã culpã neceſſariũ erat ex pte hoĩs incarnari filiũ dei·Dicunt ergo oẽs doctores catholici humanã naturam lapſã ab illo ſtatu in quo fuit ab opifice ſũmo cõdita·quod ꝓbatur quadruplici racione·

Primo racione clemencie· ¶ Secũdo racione ſapiencie·
Tercio racione diuine iuſticie· ¶ Quarto rõne diuine cõdecencie·

¶ Prima racio dicit̃ diuine clemẽcie nã nichil ꝓcedere debet a ſumma clemẽcia et bonitate·quod nõ ſit magis inclinabile ad iuſticiã et veritatẽ q̃ȝ ad maliciã/et magis ꝓpinquũ ad bonũ q̃ȝ ad malum ſed ſenſus et cogitaciones hoĩm proni ſunt ad malũ ab adoleſcẽcia ꝑut ſcribit̃ geñ·viii·c·et notat̃·xii q·i in·c·Omnis etas·ergo i illa corrupcione in qua nõ fuit hũana natura a ſũma bonitate ꝓducta inſuꝑ nichil ꝓcedit a ſũma bonitate dignũ maledictione·ſed multe ſũt in nobis paſſiones maledictiõe digne·ſicut patȝ in Job·iii·c·et in lege maledicebant̃ ſteriles mulieres Nõ apparet itaqȝ humanã naturã in hoc ſtatu fuiſſe ɔditã ſed in alio a quo cecidit ꝑ peccatũ·

¶ Secunda rõ dicit̃ ſapiencie·vbicũqȝ em̃ eſt ſũma ſapiencia ibi eſt ſũma pulchritudo·ſic Agu·exponit in li·de tri·ſed a ſũma pulchritudine nichil ꝓcedit fedũ aut turpe·nichil ꝙ racionalẽ offendit intellectũ·Sed in hoĩe racione vtente ſũt defectus naturales·de quibȝ naturalit̃ erubeſcit et multa deteſtabilia ſecundũ rõnem·ergo talia non fuerunt cõdita in humana natura·relinquit̃ quod eſt lapſa·

¶ Tercia racio dicit̃ diuine iuſticie·nã nullus affligit̃ pena niſi precedat culpa/ſed paſſio inuolũtaria in rõnali creatura eſt pena·ergo nullo modo talis paſſio fuiſſet in homine anteq̃ȝ ꝓceſſiſſet culpa·

¶ Quarta racio dicit̃ diuine ɔdecencie dicit em̃ Anſelmus in·i·li·Cur deus et homo·c·ix·Deo aũt nequaq̃ȝ extimat̃ ɔuenire vt creaturaȝ quã fecit iuſtã ad beatitudinẽ ſine peccato miſerã eſſe cogat hoiem aũt inuitũ mori miſeꝝ eſt·ſi ergo deus exigit mortẽ ab hoĩe ſub ſtatu quo eſt·ergo eſt ſub culpa·¶ Sed ɔtra has rõnes arguũt philoſophi primo ſic·Omne cõpoſitũ ex ɔtrariis eſt diſſolubile·dicit̃ em̃ Auic·Contraria ſemꝑ appetũt ire in regiões diuerſas ſed corpus Ade in ſtatu prime ɔdicionis fuit cõpoſitũ ex ɔtrariis ergo ꝑ naturã fuit diſſolubile et corruptibile·ſȝ tale eſt mõ corp9 humanũ ergo ꝑ corruptibilitatẽ non ꝓbat̃ ſtat9 nature lapſe·Itẽ omne ɔtrarium ẽ diuiſibile·corp9 a de in prima ɔdiciõe erat ɔtrariũ·ergo erat diuiſibile· Secũdo arguũt ꝙ corp9 illud erat ſẽſificatũ·ergo erat ſenſitiuũ doloris·ꝙ ſicut dic̃ Aug·dolor ẽ ſenſus diuiſiõis impaciẽs

nō ergo ſenſus doloris et pene ꝓbat ſtatū nature lapſe. Tercio ar
guunt ꝙ dicit Aug9. ſup geñ. ad literā adam non manducauit de
pomo eo ꝙ crederet eē deū. ſed ne ſuas delicias ꝯtriſtaret ſcȝ vxorē
ſic Salomon adorauit ydola. iii. Re. ii. ne ꝯtriſtaret vxores ſuas. Ex
his ptȝ ꝙ Eua erat triſtabil' in ſtatu prime ꝯdicionis. ſed triſticia
ē paſſio affligens animā: relinquit ergo ꝙ ſtat9 prime ꝯdicionis ē
ſtatus paſſibilitatis anime et corpis. ¶ Quarto arguunt quia ſic
dicit Jo. dama. concedit deus iuſtos incidere in calamitates ꝓpter
multas cauſas: vna ē vt ea que in ipſo iuſto latet: virtutē aliis ma-
nifeſtā faciat. vt Job. i. li. Alia eſt vt nō ex recta conſcia excitat
p ſuperbiā. vt in Paulo. ii. ad cor. xii. c. Alia ꝓpter erudicionē ali-
orum vt alii crucianẽ vt in Lazaro. Luc. xvi. Alia ꝓpter gloriam
dei nō ꝓpter ꝓpriū aut parentū peccatū. vt in ceco a natiuitate Jo.
ix. Alia ꝓpter zelū alteri9. vt in martiribȝ ad he bre ix. Ergo non
eſſet incōueniens eciā ſi homo nō peccaſſet habere penalitates que
eū ordinarent ad maiorē gloriā ad maius meritū et ad maiorē co-
ronam. Verū hec omnia friuola ſūt ſi ꝯſiderem9 illud quod hugo.
de ſancto. vic. dicit in li. de ſacramētis. vbi diſtinguit tres ſtatus
humane nature. Primus ē nature a deo cōdite. Secund9 eſt nature
lapſe. Tercius ē nature beate. In primo ſtatu habuit homo pote-
ſtatē peccare et poſſe nō peccare: et in eodē ſtatu habuit poſſe mori
et poſſe nō mori. ſicut poſſe peccare et nō poſſe peccare qm̄ in hoc
ſtatu ē peccandi et moriendi nccitas. et hec fuit prima humani cor
poris imortalitas. In ſecundo ſtatu habuit poſſe mori et nō poſſe
mori. ſic poſſe peccare et nō poſſe peccare. qm̄ in hoc ſtatu eſt peccā
di et moriendi nccitas. In tercio vero ſtatu habebit poſſe nō mori
et poſſe mori. ſic et poſſe nō peccare et nō poſſe peccare. qm̄ ad hūc
ſtatū ptinet moriendi et peccādi īpoſſibilitas. Ad primū ergo ob
iectū dicendū eſt ſcdm̄ hugo. p̄fatū. ꝙ homo ante peccatū natura
mortalis et paſſibilis fuit que tñ ex beneficio creacionis p̄cedente
et ꝓprio ſtudio ſubſequēte facere potuiſſet et nō moreretẽ adeo ꝙ
in adā erat poſſibilitas ad diſſolucionē et corrupcionē tamē cū po
tencia euitandi omnē defectū. In ſtatu vero moderno ē poſſibilitas
cum nccitate ineuitabili. Hec idē. Dicit Aug9. in li. de q̄ſtionibus
noui et veteris teſtam̄ti. Deus inquit hominē fecit qui quādiu nō
peccaret īmortalitate vigeret. vt ipe ſibi auctor eēt aut ad vitā aut
ad mortē. Et idez de baptiſmo puulorꝝ ait. Fiebat ordo iuſtīe vt ſic
aīma dño ſuo ita corp9 ei obediret. Et iteꝝ. xiii. li. de ci. dei c. iii. di
cit. Fatendū eſt quidē primos hoīes ita fuiſſe īſtitutos vt ſi nō pec-
caſſent nullū genus mortis expirentẽ. Sed eoſdem primos peccato

res a deo fuiſſe mulctatos/vt eciã quicquid ex ipſoꝝ ſtirpe exortũ
eẽet eadem pena teneret̃ obnoxiũ. Non enĩ aliud ex eis quã quod ipſi
fuerant naſceret̃ Per magnitudinẽ quippe culpe ipſiꝰ naturã dam
nacio mutauit in penis. vt quod penaliter p̃ceſſit in peccantibꝫ ho-
minibus primis naturaliter ſequeret̃ in naſcentibꝫ ceteris. Et idem
in ypponoſticon Vide mortẽ non a deo auctore. ſed errore vite veniſſe
ſe hominibꝫ in paradiſo deliciarũ poſitis. Idipſũ ꝯfirmat auctoritas
ſacre ſcripture. Vnde ſap̃. ii. dicit̃. Deus mortẽ non fecit ſed impii
manibꝫ et verbis accerſerũt illã. Et in. ii. c. gen̄. Clara eſt ſentencia
cõmĩnãtis dei. Quacũqꝫ die cõmederis ex eo morte morieris ideſt
morti obligatꝰ eris/vel ad mortẽ incurres ſecundũ Aug. ſup gen̄.
ad litterã Et idẽ. xiiii. li. de ci. dei c. xxvi. Viuebat itaqꝫ homo in
paradiſo ſic̃ volebat/quãdiu hoc volebat quod deus iuſſerat/bonꝰ vi
uebat fruens deo/ex quo bono bonꝰ erat/viuebat ſine vlla egeſtate
ita ſemp viuere in poteſtate habens Cibus aderat ne eſuriret/potꝰ
ne ſitiret/lignũ vite ne illũ ſenectus diſſolueret/nichil corrupcõnis
in corpe/nichil ex corpe/vllas moleſtias vllis ei ſenſibꝫ ingerebat.
nullus intrinſecꝰ morbus/nullus ictus metuebat̃ extrinſecꝰ/ſum
ma in carne ſanitas erat/in animo trãquillitas. Hec ille. Neqꝫ hãc
impaſſibilitatẽ glorioſe ꝙ ſecũdũ Scotũ illa ĩpaſſibilitas glorioſe
priuat actũ et potenciã paciendi/hec vero tm̃ actum et non poten
ciam. Hec magiſter di. ii Neqꝫ inſup credere debemꝰ in eo ſtatu im
paſſibilẽ hominẽ omnino fuiſſe. ꝙ vt ſanctꝰ Tho. declarat prima
pte. q. xxxvii. duplex eſt paſſio. vna cõiter dicta ſecundũ quamcũqꝫ
immutacionẽ eciã ſi ptineat ad pfectionẽ nature condite paſſibilis
erat homo et ſecundũ animã et ſecundũ corpꝰ. Secunda eſt paſſio
ꝓprie dicta/et ſic pati dicit̃ quod a ſua naturali diſpoſiciõe remoue
tur. Paſſio enĩ eſt effectus actionis/in rebus aũt naturaliter ꝯtra-
ria agunt/et paciunt̃ ad inuicẽ/quoꝝ vnũ remouet alterũ a ſua na-
turali diſpoſicione. et de hac paſſione dicit Damaſcenꝰ ꝙ paſſio eſt
motus p̃ter naturã hoc modo in ſtatu innocencie impaſſibilis fuit
quod videtur impoſſibile. tm̃ oſtendere poſſumꝰ ex multis ſanctoꝝ
exẽplis qui diſpẽſatiue et eciã ſpẽali priuilegio hoc ĩpaſſibilitatis
donũ diuinitꝰ acceperunt. Quid nã fuit illud ſtupendũ ꝓdigiũ de tri-
bus pueris in ardentẽ fornacẽ miſſis quos tm̃ flãma ne dũ cõbuſſit
ſꝫ mens eſt accẽſa nimis/nec in minimo leſi plaudebãt deũ in medio
flãmaꝝ poſiti. Danie iii. c. Quid de iona dicemꝰ qui in ventre ceti
diebus tribus et noctibꝫ habitauit/tandẽ poſt triduũ illeſus exiuit
Jone. ii. c. Quid de moyſe qui. xl. diebꝫ et. xl. noc. habitauit in mõte
ſine cibo vt legẽ dñi mereret̃ accipe. vt Exo. xiiii. c. Quid de Jo. euã

geliſta/qui in dolio feruentis olei miſſus nocumentū vllum nec ſen
ſit/et venenū fortiſſimū bibens quo duo ante ipſum bibentes inter
empti fuerāt ſine detrimento eſt inuentus· His et aliis tam vete-
ris q̄ꝫ noui teſtamenti ducimur vt credamus nō eſſe impoſſibile vt
de natura inſtituta in ſcripturis narratur· Fuit ergo primꝰ homo
creatus in ſtatu impaſſibilitatis ſicut viſū eſt prius·qui ꝑ peccatū
ſe et omnes mortales fecit et morti ſubiugauit· His viſis et decla
ratis exeat in campū primus humani generis pater ipſeqꝫ lamēta
biliter dicat· O fili generis humani O mortales cuncti paſſibiles
miſeri ignorantes pleni luctu/calamitatibꝫ/laboribus/anguſtiis/
amaritudinibus/infirmitatibus/moleſtiis/curis/ꝑturbacionibus/
variis feditatibus/et erubeſcēcia· Quis vos mecū ad tot mala dā
nauit· Quid nam experimini in hac vita erumnoſa ꝑ̄ter gemitus ⁊
ſuſpiria·vnde tot incōmoda venerunt nobis· O deꝰ benigne· O cre
ator admirabilis /talia non ꝓtractaſſes nobiſcū niſi me peccatorẽ
cum omni poſterioritate mea iuſticia tua punire voluiſſes· Heu me
Ego ſum iſte peccator magnus·Ego ſū ille diuine maieſtatis contē
ptor·ego qui tantā ruinam ſuꝑ omnes induxi generaciones mundi
Eram a deo mire conditus/ſapiēcia naturali illuſtratus/collocatꝰ
in paradiſo deliciaꝝ/ dominus animalium piſciū et volatiliū/liber
abſqꝫ omni ſeruitute/ ad deū contemplandū habilis et ydoneus ad
ꝓcreandum filios benedictos·Et ego ꝙ deum meū exerui de para-
diſo electus ſum in hanc vallem lachrimaruꝫ vt cum ſudore veſcar
pane meo ⁊c̄·Ego et omnes qui a me deſcenſuri ſunt·Quibus omni
bus ſicut et michi clauſa eſt porta celi/et nō poſſumus aliquo me
rito noſtro videre facieꝫ filii dei· Cecidit ergo dignitas noſtra/et
natura bene inſtituta corrupta eſt non tm̄ penaliter ſed culpaliter
quod omnes indubitanter credere tenenẗ de neceſſitate ſalutis·

Capitulū ſecundū de qualitate peccati primoꝝ parentū et prin
cipale peccatū hominis eſt quod lapſus fuit in omnibus licet alia
peccata concurrerint·

SEcunda concluſio dicitẗ qualitatis· Nam ſolet quorundam
animus nō ſine racione mirari quale fuit illud primoꝝ pa-
rentum peccatū·ob ꝙ tam ſeue crudeliterqꝫ deus humanū
genus puniuit/de quo quatuor opiniones inueniunẗ a doctoribus
ſacre theologie aſſignate et denotate·

Prima eſt ꝙ fuit ſuperbia· Secunda eſt ꝙ fuit auaricia·
Tercia eſt ꝙ fuit gula· Quarta eſt ꝙ fuit inobediencia·

Prima opinio que eſt ꝙ fuit ſuꝑbia confirmaẗ eccleſiaſtici·x·c·
Inicium omnis peccati eſt ſuꝑbia·Et iteꝝ ecc̄·xvii·A muliere ini

tium

cium peccati ergo mulier ꝑpetrauit peccatum ſuꝑbie· Jtem augꝰ·
in li· de virginitate· Dyabolus inquit in celo voluit eſſe ſicut deus
cadens aūt pſuaſit homini ſimilitudinē ſue voluntatis· Jtem augꝰ
ad oroſium· Elatus adam ſuaſioni ſerpentis obediens p̄ceptum con
tempſit· Et idem ſup geñ· Jnfuit menti ade amor quidā ꝓprie pote-
ſtatis et quedam de ſe ſuꝑba preſumpcio·

¶ Secūda opinio ꝓbatur primo per tex· geñ· iii· Eritis ſicut dii ⁊c̄·
hoc primo cecidit in mentē mulieris ſcʒ appetere multitudinē ſci-
encie pluſquā oportet quod eſt peccatū auaricie ſecundū greg· ergo
illud fuit peccatum auaricie·

¶ Tercia opinio confirmat̄· quia vt dicit tex· in geñ iii· c· Vidit
mulier lignum quod eſſet ad veſcendū ſuaue· et· xxxvii· di· in· c· ſcri-
bitur· Deus gula regnante a paradiſo expulit· Et hiero· contra io-
uinianum· Sollicite prouidēdum eſt· vt quos ſaturitas a paradiſo
expulit eſuries reducat·

¶ Quarta opinio habet̄ ex eo quod dicit Paulꝰ ad Ro· v· ꝙ vnius
hominis inobediencia peccatores ꝯſtituti ſunt multi· Et augꝰ· in
li· de vera religione· Adam ꝓpter tranſgreſſionē obediencie de para
diſo eiectus eſt· Et ſup geñ· ad literam iterū dicit· Non potuit meli
us et diligencius cōmendari quātum malum ſit inobediencie· Cum
ideo reus iniquitatis factus eſt homo quia eam rem tetigit cōtra
ꝓhibicionem quā ſi non prohibitus tetigiſſet non vtiqꝫ peccaſſet·
Has opiniones veras concordat dominꝰ Boñ· in· xxii di vbi oſten
dit ꝙ principale peccatū hominis ꝑ quod lapſus eſt· fuit inobediē
cia ade· Dyabolus conatus eſt ſeducere hominē· Sed quoniā nemo
operat̄ ad malum aſpiciēs nec appetit malum· niſi ſub ſpecie boni·
ideo clare depꝛehendens dyabolꝰ ꝙ non poſſet mulierem precipitare
niſi apponeret aliquod appetibile illā temptando ꝓpoſuit ea ad que
omnis homo naturaliter inclinat̄· Naturaliter enī omnis homo in
clinat̄ ad beatitudinē que eſt bonum glorioſū delicioſuꝫ et copioſū
vnde homo naturaliter appetit excellenciā ſufficienciam et leticiā
et in ordinato appetitu taliū ꝯſiſtit iuſticia· in inordinato vero cul-
pa Gula enī eſt inordinatꝰ appetitꝰ cibi ſuauitatis reficiētis· Aua
ricia eſt inordinatus appetitus ſufficiencie· Suꝑbia eſt inordinatꝰ
amor excellencie· Dyabolus ergo primo ꝓmiſit mulieri dignitatis
excellenciā· cum dixit eritis ſic̄ dii· Secundo ſubiūxit cogniciõis
habundanciā ſcientes bonū et malū· Poſtremo ꝓtendit ſuauitatis
experienciā cum oſtēdit lignū pulchꝝ viſu et ad veſcendū ſuaue· ꝙ
ergo mulier dyabolo cōſenſit in appetendo primo eſſe ſic̄ deus· fuit
ſuꝑba· Deinde appetendo ſcire bonū et malū fuit auara· Poſtremo

experiēdo ſuauitatē lignj fetidi fuit guloſa/et ī hoc fuit trāſgreſſio
nis rea/et inobediencie culpe inuoluta/nec eſt incōueniens plura ge
nera peccatoꝝ ſecundū ꝓgreſſum concurrere ad vnū flagicium per
petrandum. Hec bonauentura. Comedit itaqꝫ adam de ligno vetito
contra imperiū diuine maieſtatis/paruipēdit preceptū altiſſimi dei
qui ei mandauerat vt ei obediret/et cognoſceret ipſū regem celoꝝ
et omniū creaturaꝝ quod equidē non minimū nō paruum non de-
niqꝫ leue crimen putandū eſt Vnde aug9. xiiii. de ci. dei c. xii. ait.
Non debet exiſtimare quiſquā leue ac paruū illud fuiſſe cōmiſſum/
quia in eſca facta eſt non quidē mala nec noxia/ſed quia ꝓhibita.
neqꝫ eñ quicquā mali deus in illa tante felicitatis ꝑadiſo crearet
atqꝫ plantaret. obediencia commēdata eſt in ꝑcepto/que virtus in
creatura racōnabili mater eſt omniū cuſtoſqꝫ virtutū. hec itaqꝫ de
vno cibi genere non edendo vbi alioꝝ tanta copia ſubiacebat tam
leue ꝑceptum ad obſeruandū tam breue ad memorie retinendū/vbi
ꝑſertim nondū voluntati cupiditas reſiſtebat quod de pena tranſ-
greſſionis poſtea ſubſecutū eſt. tanto maiori iniuſticia violatū eſt/
quanto faciliori poſſet obſeruancia cuſtodiri. Hec ille. Cur itaqꝫ
miramur ſi indignatus eſt deus/qui magnus imenſus glorioſus ſa-
pientiſſimus omnipotens colendus adorand9 et timendus tot bene
ficia induxerat prothoplaſto ſi ab ipſo cōtemptus eſt O reproba
humana ſuperbia quid fuit contēnere deum. O temeraria ꝑſumpcio
humane mentis quid eſt calcare ꝑceptū atqꝫ mandatū regis eterni
Nonne lex ipſa nature clamat ꝙ diuinoꝝ mandatorum ꝑuaricato
res digni ſūt morte. Preuaricatus eſt adam et ꝓpter inobedienciā
ad mortem eſt condemnatus.

¶ Capitulū tercium qualiter deus remittere voluit peccata hoīs
et nō angeli/et qualiter miſteriū incarnacionis fuit ade reuelatū.

Tercia concluſio dicit remiſſibilitatis. licet eñ tam enorme
fuerit illud delictum vt per illud diuina iuſticia damnauit
totum genus humanū. veruntamen voluit clementiſſim9
deus in ira continere miſericordias ſuas quoniā decreuit ac delibe-
rauit homini ꝑdito et penitenti per filii ſui incarnacionē ſuccurrere
ſup quo dubius ſolet eſſe animus/cur magis humanū genus ſaluū
factum eſt/et remiſſionē accepit q̄m angelica natura ꝑuaricatrix/
quod racionabile eſſe demonſtrāt doctores dicentes peccatū homi
nis fuiſſe remiſſibile/angeli vero omnino irremiſſibile. Quod ꝓba-
tur quatuor conueniencijs.

¶ Prima eſt ꝓprietas liberi arbitrii. Secunda condicio nature.
Tercia ordo diuine iuſticie. ¶ Quarta congruitas mie.

¶ Prima congruencia dicitur libertas arbitrii. in libero arbitrio
ſecundū magiſtrum. xxiiii. di. ſecundi eſt facultas voluntatis et ra
cionis tam in homine q̄z in angelo tamen differenter. Nam quantū
ad voluntatē differt homo et angelus. quia liberū arbitrium homi
nis ante electionē voluntatis et poſt electionem ſe habet mutabi-
liter angelus vero et ſi ante electionem ſe habet mutabiliter/poſt
electionem autē ſe habet immutabiliter/et hac racione in ſummo
gradu eſt liberi arbitrii in deo infimo autem gradu eſt in homine.
Si ergo eſt liberū arbitriū in angelo neceſſe eſt vt ſit medio modo
ſe habens/et ita cum dicitur li. ar. in deo mutabiliter ſe habere ad
bonū et ante electionem et immutabiliter poſt. poteſt eniz eligere
et non eligere/ſed quicquid illud ſit ſiue bonū ſiue malū non poteſt
illud deteſtari poſt q̄z elegerit. Ex quo patet ꝙ non poteſt penitere
ſiue per penitenciā culpam delere/que eſt delectacio mali/et ita re-
linquitur ꝙ culpa eius non poteſt deleri ſicut culpa hominis. Item
quantum ad ꝓprietatem racionis patz quia in libero arbitrio eſt iu
dicium de bono ſed differunt in homine et angelo / quia ſicut dicit
Dyo. intellectus angeli deiformis eſt/et hoc eſt quia ſupra tempus
et ita accipit totum ſimul/et nō poſt hoc illud vel illud ex illo. Et
ideo dicit̄ angelus intellectualis ſubſtācia. Sed intellectus homis
eſt in tempore/et ideo conferendo accipit. Vnde non accipit totum
ſimul ſed vnū poſt aliud/et vnum ex alio ſicut ex premiſſis accidit
concluſio. et ideo homo dicit̄ racionalis ſubſtancia/q racio eſt vir-
tus collatiua vnius ab alio qualis ergo compacio eſt ſimplicis ad
compoſitū/et puncti ad lineam in eſſendo. ſed comparacio eſt intel
lectus angelici ad intellectū hominis intelligendo iudicādo. Cum
ergo iudiciū fiat ab intellectu patz ꝙ angelus ſecundū ſtatum ſue
condicionis iudicat de re non in tempe et de re tota ſimul/et in iudi
cando de ipſa videt eam totā ſimul/ergo rectiſſime iudicat. et in iu
dicando peccat ex certiſſima malicia/ex quo nullomodo poteſt ex-
cuſari. Non autē ſic eſt de homine qui cum totā rem ſimul non vi-
deat/poteſt decipi in ſuo iudicio et ideo cum peccatū eius aliquo
modo poſſet excuſari/non eſt irremediabile. Vnde geñ. vi. Non re-
manebit ſpiritus meus in homine quia caro eſt.
¶ Secunda conueniēcia eſt condicio nature/quā tangit Anſelm9.
in. ii. li. cur deus et homo. Homo per alium hominem qui nō eſſet
ſui generis non debuit reparari. et cū non ſint omnes angeli eiuſdē
generis patz ꝙ non fuit poſſibilis hec repacio in angelo ſicut in ho
mine. Inſup ex condicione peccati tam hominis q̄z angeli variatur
peccatū et quantū ad genus et quantum ad circumſtanciā et quan

tum ad occaſiones. Quantū ad genus fuit in appetitu ſciencie dei.
Superbia dei in appetitu omnipotencie. Omnipotenciam aūt ſuam
nunq̄ȝ voluit deus cōmunicare alicui creature. ideo angelꝰ appetit
illud ad quod nullomō erat ordinatus. Scienciam aūt ſuam voluit
deus cōmunicare creature ad illam cui eſt homo ordinatus in glo-
ria. ideo peccatū hominis eſt remiſſibile. peccatum vero angeli nō.
Quantū vero ad circumſtanciā peccati eſt differencia. quia in adā
fuit aliqua ignorancia. quia peccatum quod erat mortale credidit
eſſe veniale ſecundū Augu. et habuit ꝓpoſitū penitendi. et petendi
veniā de illo peccato. angeli vero non. Quantū ad occaſionē peccati
eſt differencia q angelus p ſe peccauit. adam vero alio ſuggerēte.
¶ Tercia conueniencia dicitur congruitas diuine iuſticie. Nam in
homine vno erat tota ſpecies humana multiplicāda. ſed in angelo
peccante non erat tota natura angelica. et ꝓpter hoc diuine iuſti-
cie congruū fuit hominem expectare et non angelum.
¶ Quarta conueniencia ex parte diuine miſericordie. cui non erat
condecens vt nichil beatificaret̄ in humana natura ad beatitudinē
ordinatum. Datum ergo eſt tempus ex dei liberaliſſima miſericor-
dia homini lapſo petendi veniam de peccato agendi penitenciam.
Puto enī q poſt expulſionem de paradiſo Adam pater noſter con-
uertit ſe ad lamenta penitencie. et xpriſtum ventuꝝ ſumma deuo-
cione excoluit. quem incarnandū cognoſcebat. Nam eccleſia ſanc-
ta ponit eum in numero ſanctoꝝ. quod eſſe non poſſit ſine fide me-
diatoris. quod Augꝰ in li. de correpcione et gracia teſtat̄ dicens.
Illa fides ſana eſt qua credimꝰ nullum hominem ſiue maioris ſiue
parue etatis liberari a cogitacione mortis et obligaciōe peccati niſi
per vnum mediatorem dei et dominū noſtrum Jheſum xp̄m. Secun-
dum autē doctrinam ſancti Tho. ſecūda ſecūde. q. ii. via hominibȝ
veniendi ad beatitudinē eſt miſterium xp̄i incarnaciōis. quod ante
ſtatum peccati homo cognouit. ſed non explicite. quia non ſecundū
q ordinabatur ad liberacionē a peccato per paſſionē et reſurrectio-
nem. quia homo non fuit preſcius peccati futuri. Videtur autē in-
carnacionis xpriſti preſcius fuiſſe ex eo q dixit. ꝓpter hoc relinquit
homo patrem ſuū et matrem ſuam et adherebit vxori ſue gen̄. ii.
Et hoc ab Apoſtolo paulo ad hebre. vii. dicit̄. Sacramentū mag-
num eſſe in xp̄o et eccleſia. quod qui dē ſacramentum non eſt credi-
bile primū hominem ignoraſſe. Poſt peccatum vero explicite illud
miſteriū cognouiſſe nulli dubium eſſe debet ſecūdum q ordinabat̄
ad ſalutē hominis per paſſionē et reſurrectionem. Vnde et habuit
adam cognicionē ſalutis ſue in iheſuȝ naſciturū de carne ſua. Quis

ciam explicet quanta deuocione omni tempe vite ſue adam cum lacbrimis et ſuſpiriis deū incarnari expoſtulauerit. O adam communis pater quid feciſti. Cur peccaſti! cur offendiſti legem dei. Heu me inquiet peccaui. Erraui! ſed dei filiꝰ bonitate ſua benedicta reſtituet vobis incarnaciōe ſua benedicta quicquid ego perdidi in p̄ſūpcione mea. O peccatores non paueatis habemus reparacionē! non conqueramꝰ amplius de adam ỹmo cantemus cum Greg. O felix culpa que talem ac tantū meruit habere redemptorem! fuimus in tenebris per peccatū et iam ſumus in luce gracie per verbum incarnatum. Cuiꝰ beneficio conſequi valeamus ſplendorē glorie in qua xp̄c viuit et regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amē

¶ Feria ſecunda ſermo de ardenti deſiderio ſanctoꝝ patrum veteris teſtamenti auide cupiencium xp̄m incarnari.

Secundus fructus Jheſus deſideratus.

Ox preceſſit. Jterum ibi ſupra. Cogimur ad cor noſtrū inflammandū in amorē benedicti Jheſu xpriſti in celo ſedentis ad dexteram patris ex vehemēti deſiderio illo quo ſancti patres veteris teſtamenti p multa curricula annoꝝ ſuccenſi ardentiſſimis ſuſpiriis deprecabant̄ ipſum incarnādum. Quod deuotus Bern̄. conſiderans ſermone ſecūdo ſup cantica ait. Ardorē deſiderii patrum ſuſpiranciū xpriſti in carne preſenciā frequentiſſime cogitans compūgor et confundor in memetipſo! et vix contineo lachrimas! ita pudet temporis corporiſq; miſerabiliū temporum hoꝝ. Cui nanq; noſtrum tantū ingerat gaudium gracie huius exhibicio! quantū ſanctis veteribus accenderit deſideriū promiſſorum. Hec ille. Jdcirco noſtra incitacione proſequi volentes incarnacionis beneficiū in preſenti ſermone de ipſa dicturi ſumus ſub vno fructu qui eſt Jheſus deſideratus. Pro cuius declaracione tres concluſiones occurrunt ꝓponende.

Prima occaſionis.
Secūda retardaciōis.
Tercia meritacōnis.

¶ Capitulum primū qualiter xpriſtꝰ voluit incarnari! et ſi non peccaſſet homo an fuiſſet incarnatus.

¶ Prima concluſio dicit̄ occaſionis in qua videndū eſt ſi peccatum ſolū fuit incarnacionis occaſio! et p̄cipua racio vel ſi adhuc homo non peccaſſet aliqua alia cauſa dei filius incarnaſſet. Et circa hoc adhuc tres ſunt opiniones. ¶ Prima dicit̄ ſuſtentabilis. ¶ Secunda probabilis. ¶ Tercia cōmendabilis.

¶ Prima opinio dicitur ſuſtentabilis que eſt quorundā magiſtrorum dicenciū q̄ de incarnacione eſt loqui dupliciter. Eſt em̄ incarnacio carnis aſſumpcio. Poteſt ergo eſſe ſermo de carne aſſumpta

aut quantū ad ſubſtanciam/aut quantū ad defectum paſſibilitatis
et moꝛtalitatis· Dicunt ꝙ ſi homo non peccaſſet xpꝛiſtꝰ carnem
moꝛtalē non aſſumpſiſſet· Sed ſi loquamur de incarnacione ſecun
dum ꝙ dicit aſſumpcioneꝫ humane nature ſimpliciter et ſi homo
non peccaſſet xpꝛiſtus incarnatus eſſet. Nam incarnacio facit ad
perfectionē tocius vniuerſi in hoc ꝙ complecionē dat humano ge
neri quantū ad tria· Pꝛimo quantum ad illud ꝙ reſpicit naturam·
Secundo quantū ad illud ꝙ reſpicit graciam· Tercio quātum ad
illud ꝙ reſpicit gloꝛiam· Quantum ad pꝛimum in incarnacione eſt
conſūmacio modoꝝ educendi hominem in eſſe quadꝛuplex· Nanqꝫ
eſt modꝰ educendi hominē in eſſe nec de viro nec muliere/vt adam
De viro ſine muliere vt eua· De viro et muliere vt ceteri homines
De muliere ſine viro vt xp̄c· ergo ſi homo ſtetiſſet fuiſſet incarna-
cio· et tunc vnus modꝰ ꝓductionis deficeret et ſic vniuerſus eſſet
imꝑfectus vt dicit Augꝰ· Qꝫ vniuerſus habet tātam perfectionē
ꝙ nemo poteſt racionabiliter aliquā imperfectionē inuenire in li·
de libero arbitrio. Secundo incarnacio facit ad perfectionē hominis
quantū ad illud quod reſpicit graciam· Nam xp̄c eſt caput eccleſie
non ſolum ſecundū diuinam naturā· ſed eciam ſecundū humanam·
vt oſtendit Augꝰ· ſuꝑ io· Sed ſi homo non peccaſſet adhuc xp̄us
eſſet caput eccleſie ergo aut filius dei ſe incarnaſſet aut caput ec
cleſie remanſiſſet ad cephalū· Inſuꝑ ſi homo lapſus non eſſet nich-
ilominus fuiſſet ſacramentū matrimonii· Si igiē ſacramentū ma-
trimonii in cōiunctione ſexuū ſignificat coniunctionē xpꝛiſti et ec-
cleſie quantū ad naturarum vnionē ꝓpter inſeparabilitatē· vt dicit
ad ephe· v· ergo ſi homo ſtetiſſet aut ſacramentū matrimonii eſſet
falſum ſignū/vel filius dei fuiſſet incarnatꝰ· Tercio incarnacio fa
cit ad complementū hominis quantū ad illud quod reſpicit gloꝛiā
Nam ſecundū Aug· de ſpiritu et anima· totum hominē aſſumpſit
xpꝛiſtus vt totū beatificaret· Sed ſi homo non eſſet lapſus erat to
tus beatificabilis· ergo xp̄s fuiſſet incarnatus His racionibꝫ ad-
herentes dicunt quidā indubitanter ꝙ ſtante adhuc natura in ter-
minis ſue condicionis et ſi nunq̄m fuiſſet lapſa ꝙ dei filius fuiſſet
incarnatus non vt redemptoꝛ ſed vt gloꝛificatoꝛ·

¶ Secunda cōcluſio dicit ꝓbabilis/que pꝛimā omnino negat· dicit
eīm ꝙ ſi homo non peccaſſet nunq̄ꝫ xpꝛiſtus carnē ſumpſiſſet· quia
hec magis concoꝛdat pietati fidei· Nam pꝛecedens opinio que dicit
ꝙ deum cōueniebat incarnari ꝓpter perfectionē vniuerſi/deū inter
perfectionem vniuerſi concludit/quod inconuenientiſſimū eſt/ quia
incarnacionis miſteriū eſt ſuper omnem vniuerſum ſiue quantū ad

naturam ſiue quantum ad gloriam Dicit nanqȝ philoſophꝰ in xi.
prime philoſophie. Deus ſup omnem vniuerſi ordinē ponendus eſt
Et ad illud quod adducitᷣ de modo educendi hominem dicere poſſu
mus ꝙ quartus ille modus quo eductus eſt xpriſtꝰ non eſt de pfec
cione vniuerſi. nec ex hoc ſequitᷣ ꝙ ſi talis modus nō fuiſſet ꝙ vni
uerſum ſua pfectione careret. Sicut em̄ nō poteſt argui impfectio
vniuerſi quātum ad ſuſcitacionem mortui quā deus non feciſſet ſi
homo non fuiſſet. Poſſet eciā dici ꝙ de illo modo pductionis non
arguitᷣ veritas incarnacionis ꝗ deus potuiſſet pducere hominem
de muliere abſqȝ viro. qui tamen nō eſſet deus. Ad illud ꝙ dicebatᷣ
ꝙ incarnacio facit ad perfectionem hominis quantū ad illud quod
reſpicit graciā/quia xpriſtus eſt caput eccleſie/dicere poſſumꝰ ꝙ
duplex eſt capitis ꝓprietas. Vna que tenditᷣ ſecundū conformita
tem ad membra. alia que tenditᷣ ſecundū donoꝝ gratuitoꝝ influ
enciam. Racione prime ꝓprietatis xp̄c eſt caput eccleſie in quātum
deus. et racione huiꝰ principaliter tenet racionem capitis. Et ideo
dato ꝙ incarnatus non eēt eccleſia hominū capite non careret. ha
buiſſet tunc caput deum ſicut nūc eccleſia angeloꝝ. De alio vero
quod adducebatᷣ de matrimonio reſpondere poſſū ꝙ matrimonium
duplicem habet ſignificacionē. ſignificat enim coniunctionē dei ad
eccleſiam ſecundū caritatem. et ſignificat coniunctionē ſecundum
vnionē in perſone vnitatē. Vtranqȝ harum ſignificacionū habet ſe
cundum ſtatū lapſum. alterā vero habuiſſet ſi homo ſtetiſſet. et iō
non eſſet falſū ſignum/ſicut enim matrimoniū nunc eſt in officiū et
in remediū/tunc autem ſolū in officium ſic habet duplex ſignifica
tum nunc. tunc aūt vnum. De eo vero ꝙ vltimo dicebat ſcȝ de glo
ria/quia totū aſſumpſit Dicunt iſti qui tenent hanc opinionē ſecū
dam ꝙ illa non eſt racio precipua/ſed annexa principali pro eo ꝙ ſi
nunq̄ȝ deus incarnatus eſſet. homo glorificacionē corpis ſui ex vi
ſione dei pfecte et totaliter habuiſſet. Viſio em̄ xpriſti corporalis
ſpectat non ad eſſencialē complecionē beatitudinis ſed ad quoddaȝ
accidētale gaudiū. Et hoc ptȝ quia aliquādo ſenſus beatificantᷣ vt
viſus et tn̄ obiecta ſibi correſpōdencia non habebūt ſic tactus gu
ſtus ꝛc̄. Gloria nanqȝ ſenſuū exterioꝝ per redundanciā dilectionis
venientis ex parte ſuperiori a viſione dei/cuius viſio adeo reficit/vt
nihil vltra neceſſariū ſit anime ad eius beatitudinē. Vnde multū
derogare videtᷣ ſummo bono qui dicit ipſū non ſufficere abſqȝ bono
creato ſibi adiuncto ad hominē pfecte beatificandū. Hec bonauen
tura prima di tercii libri.

Tercia opinio dicitᷣ cōmendabilis/que dicit xp̄m natū fuiſſe vt

hominē ꝑditum redimeret/nec curat inueſtigare ea que potuiſſent
euenire homine ſtante· Sed gracias dat deo qui tā benigne voluit
ꝓuidere homini ꝑdito· Dicit nanqꝫ Augꝰ· in li· de verbis domini
Venit filius hoīs querere et ſaluū facere quod ꝑierat· Si homo
non peccaſſet filiꝰ hominis nō veniſſet· Et idē ſuꝑ Jo· nulla cauſa
fuit veniendi xp̄o domino niſi peccatores ſaluos facere/tolle mor-
bos/tolle vulnera et nulla eſt cauſa medicine· Et Augꝰ· ſuper illo
verbo Mat· i Ipſe eñ ſaluum faciet populū ⁊c̄· Si ergo homo nō
peccaſſet/virgo non peperiſſet· et Augꝰ· ſuꝑ i· Jo· xi· Domine ecce
quē amas· Si peccatores dominꝰ non amaret ad terrā de celo nō de
ſcendiſſet· Et Augꝰ· ſuꝑ pſalmos ſuper illo verbo infirmꝰ ſum· vt
maneret homo in eo ꝙ deus fecit· Si eñ manet in eo ꝙ deus fecit
non in limo infixus eſſet/quē deus genuerit· Et leo papa in ſermõe
Si homo ad ymaginē et ſimilitudinē dei factus in ſuo honore man
ſiſſet/creator mundi creatura nō fieret/ neqꝫ ſempiternus temꝑali
tatem ſubiret· aut equalis deo patri dei filius foret formā ſerui aſ
ſumeret Et Paulus i ad Thi· i· xp̄us iheſus venit in mundū ſal-
uos facere peccatores· Iſta nobis cordi eē debent· quia damnato hu
mano genere ꝓpter peccatū voluit dei filius incarnari vt ipſū redi
meret O immenſa amplitudo diuine caritatis· O ꝓfunda bonitas
ſummi dei/peccauimꝰ nos omnes cecidimuſqꝫ in captiuitatē infer
ni· et ipſe vt nos redimeret miſit non angelū non archangelum/nō
deniqꝫ aliam creaturā· ſed vnigenitū filium ſuū· Audiat terra/intel
ligat celū/p̄mo audiant· Jo· iii Nouum iocundū/nouū feliciſſimū/
nouum amoroſiſſimū· Sic deus dilexit mundū vt filium ſuū vnige
nitum mitteret vt omnis qui credit in illum nō pereat/ ſed habeat
vitam eternam· Et ad Ro· iiii Propter nimiā ſuam caritatē inquit
Apoſtolus qua dilexit nos deus miſit filiū ſuum in mundū vt mū
dus ſaluetᷣ per ipſum· Quod Greg· conſiderās admirando cantabat
O inextimabilis dilectio caritatis vt ſeruū redimeres filiū tradidi
ſti· Quid ſuauius/quid dulcius poteſt audiri· O peccatores ingrati
diligite xp̄m/quos iam redemit/quē patres antiqui illum redemp
turum expectantes toto corde dilexerunt·

¶ Capitulum ſecundū qualiter xp̄us conuenienti tempe incarna-
tus eſt/et ꝙ racionabiliter tantū diſtulit incarnari·

SEcunda concluſio dicitᷣ retardacionis· Incarnari equidē vo
lens dei filius nō id fecit illico poſt peccatū/nec paulopoſt
ſed poſt ſextū millenariū in ſexta etate mūdi· Mirū certe
quare hoc largum donū non accelerauerit/veruntamē non ſine rõne
credendum eſt factū eſſe· ꝙ vt ſcribitᷣ eccleſiaſtes· iii· omnia tempꝰ

habent. Poſſunt autē huius tarditatis raciones tres aſſignari.
¶Prima racio fuit ꝓpter peccati punicionē. Secunda ꝓpter morbi
Tercia ꝓpter xp̄i incarnandi cōmendacionē. ¶curacionem.

¶Prima racio ꝛc. Nam in hoc manifeſtat̄ diuine vlcionis ſeueri-
tas contra peccatū ꝙ clamores et luctꝰ hominū tanto tempe ſuſti
nuit anteq̄m vellet deſcendere/fecit hoc quia diuina iuſticia nichil
inultum reliquit.

¶Secunda racio fuit ꝓpter morbi curacionē. Nam ꝓpter pecca-
tum quod homo cōmiſerat ex ſuperbia ꝓuenerat. ideo per humili-
tatem liberandus erat/quod fieri debuit vt homo ſe infirmū agno
ſceret et liberatore indigere. vnde glo. ſup ep̄lam ad Gal. dicit mag
no conſilio factū eſt vt poſt hominis caſū non illico dei filius mit-
teretur. Reliquit enī deus hominē prius in libertate arbitrii in lege
naturali. vt ſic vires ſuas cognoſceret. Vbi cum deficeret legē acce
pit qua data inualuit morbus nō legis ſed nature vicio. vt ita cog
nita īfirmitate ſua clamaret ad medicū/et gracie quereret auxiliū.

¶Tercia fuit ꝓpter xp̄i incarnandi cōmendacionē. debebat nanq̧
illud beneficiū cōmendari quā neceſſariū erat debebat commēdari
per multos ꝓnunciatores. ob quod debebant p̄cedere figure ꝓphe-
cie et alia que in veteri teſtamento relatu digna ſunt/ de quibus in
ſequentibꝫ diffuſius dicemꝰ. quibus impletiſſimis miſit deus filiū
ſuum ſecūdum illud Apoſtoli ad gal. iiii. ſic. Vbi venit plenitudo
tempis miſit deus filium ſuū et non īmerito tempus incarnacōnis
dicit̄ tempus plenitudinis quoniā in incarnacione eſt facta plena
pticipacio diuinitatis. Vnde ad colo. ii. In ipſo habitat omnis ple
nitudo diuinitatis. In incarnacione repata eſt angeloꝝ ruina. in in
carnacione homo plene a culpa liberat̄. ad col. i. In ipſo placuit om
nem pl̄nitudinē inhabitare. et per eum reconciliari. In incarnaciōe
facta eſt plena pticipacio boni neceſſarii quantū ad bonū veritatis
ad intelligendū/et gracie quātum ad effectū. Jo. i. De plenitudine
eius accepimus omnes O q̄ꝫ felix et beata dici poteſt hec etas no-
ſtra O vere auꝝ ſeculū in quo experimur dulcedinē incarnati verbi
filii tui quā per multa annoꝝ millia expectantes pcierunt. Adam
pater noſtre gentis. Noe vir iuſtus. Abraham per obedienciā pla-
cens deo. Iſaac manſuetus Jacob contēplator. Moyſes rectus et
dilectus deo. Dauid ſecundū cor domini electus. Iſaias ſerra ſeca-
tus Daniel in lacu leonum miſſus. Vbiq̧ amici dei patriarche et
ꝓphete. Reges in populo dei diuinitus pfecti. aliiq̧ quāplurimi illo
rum tempore Hinc eſt ꝙ ſaluator dicebat loquens diſcipulis ſuis
veſtri beati oculi quia vident et aures veſtre que audiunt. Amen

quippe dico vobis quia multi ꝓphete et iuſti cupierunt videre que
vos videtis et audire que vos auditis et non audierunt· Sed eo in
quā eſt ſomnolenta mens humana ad talia contemplādum· Panci
equidē repperiuntur·qui cogitare velint copioſū fructum quē ſuſce-
perunt ſuſcipiūt et ſuſcipere poſſent ex beneficio incarnati Jheſu·O
mens dura O creatura rōnalis·O negligens anima·O anima ſom
nolenta·O anima dormiens·O anima pigra expgiſcere queſo et cō
templare q̄ Adam vixit annis nongētis trigintavt ſcribit geñ·
vii·et ſemp in ſacrificiis·in orōibus in diuino cultu clamabat veni
Jheſu et non potuit ipſū videre quinimo moriēs ad loca tenebraꝝ
deſcendit· Jdipſū fecit ſeth filius eius viuens annis nongētis·xii·
in eadē fide et deſiderio mediacionis hoc omnes alii iuſti ab adam
vſqꝫ Noe clamauerunt et non potuerunt obtinere· Jnterficitur
Abel innocēs et clamauit eius ſanguis ad viuentē deum·et tamē
celū conſcendere non valuit·et detruſus eſt in limbo· Jndignat⁹ eſt
deus contra iniquitatē mundi tempe Noe ob quā omnes diluuio
pᵉiit ·et tamen Noe cum ſuis ob iuſticiā mundiciam et puritatē
in archa ſaluatus eſt Et cum omnibus diebus vite ſue xp̄m deſide
raſſet· videre nō potuit· et nonageſimo quinquageſimo anno etatis
ſue moriens geñ iiii luce diuina priuat⁹ eſt· Abrahā vt deo prom
pt⁹ obediat filiū ꝓprium immolare ſatagit xp̄m incarnandū ſemp
deſiderans et quod voluit nō obtinuit· et centeſimo ſeptuageſimo
quinto anno moriēs in ſenectute bona geñ ·xxvii· deſcendit ad infe
ros· ibi Jſaac ibi Jacob·ibiqꝫ omnes illoꝝ tempe vſqꝫ ad mortem
xpriſti O felix peccator vis cognoſcere ſerenitatē tranquilitatē et
graciam tempis noſtri vide finem eoꝝ qui xp̄o volunt adherere·
Lapidatur Stephanus et clamat video celos aptos· Comburitur
Laurencius et igne morit̄·et ſtatim volat ad celū· longum ꝑfecto
ſatis eſſet apoſtoloꝝ omniū martirum confeſſoꝝ atqꝫ virginum
ſimilia narrare· Sed illud vnū pretereundū non eſt·quod omnes ad
imitacionem deuocionēqꝫ graciosiſſimi Jheſu xp̄i inducere poteſt·
Crucifigitur latro qui multa flagicia ꝑpetrauerat·et ipſe ſe com
mendans eadem die in paradiſo recipit̄·Currite peccatores ad fon
tē gracie Jheſū xp̄m· qui clamabat in templo Jo vii·Si quis ſitit
veniat ad me et bibat· non obeſt nobis precedens tarditas racio
nalis incarnacionis Jheſu Criſti·

¶Capitulum terciū de immenſitate beneficii incarnacōnis·et qua
liter ſe habent ad illud merita ſanctoꝝ patrum·

TErcia concluſio dicit̄ meritacionis·in qua pie videre poſſu
mus an xp̄i incarnacio fuit ex mera gracia an illā impetra

uerint ſanctoꝝ patrum et eccleſia merita · Nam paulus dicit ad
Titū primo · Apparuit benignitas et humanitas ſaluatoris noſtri
non ex opibus iuſticie que fecimus nos · Veruntamē dicere poſſu-
mus ſecundū doctrinam bonauenture in · iii · di · iiii de beneficio incar-
nacionis tripliciter reſpondendo ·

¶ Primo quantū ad circumſtanciā · Secūdo quantū ad efficaciā ·
Tercio quantū ad ſubſtanciam vel eſſenciam ·

¶ Primo ſi loquamur quantū ad circumſtanciā tempis poteſt cō-
cedi abſq; calumnia ſub merito ꝑcedētis eccleſie Sancti eñ patres
fragrantiſſimis deſideriis meruerunt incarnacionis acceleracōnem ·

¶ Secundo ſi loquamur de beneficio incarnacōnis quantū ad effica-
ciam que erat a ſeruitute dyaboli et arcatu carencie viſionis dei ca-
dat ſub merito ·

¶ Tercio ſi loquamur de illo beneficio quantū ad ſubſtanciā vel eſ-
ſenciam eſt dicendū ꝙ cadat ſupra ſanctoꝝ patrum merita ꝓpter
quod nō eſt iuſte retribucionis ſed dignacionis eminentiſſime Nā
ſi congregēt in vnum humilitas omniū ſanctoꝝ · nunquā potuit in
minimo ꝯpari illi humilitati qua dei filius apparere voluit in for-
ma ſerui et habitu inuentus vt homo · Si colligant omnia ſuſpiria
omnes lachrime · omnes pene · omnes cruciatus · omnes penitencie ·
omnia genera mortis eciā quecunq; paſſi ſunt ſancti ꝓpter xp̄m ·
et collocent ex vna parte ex altero vero latere ponat vna lachrima
xp̄i vel naſcentis vel fugientis ꝑ egypti nemora vel orantis vel pa-
cientis vel morientis plus illa lachrima vna valet ex fornaceo illo
corde puemens q̄m omnia illa bona que diximꝰ · et cogitare poſſu-
mus in quibuſdā ſanctis et electis et amicis dei · Hinc hiero ad da-
maſum papā de filio ꝓdigo ait · Que maior poteſt eſſe clemencia
q̄ȝ vt dei filius filiꝰ hominis putaret · nouem menſiū faſtidia ſuſti-
neret ptus · expectaret aduentus ꝑ ſingulas adoleſcencie etates / et
poſt contumelias alapas et flagella crucis ꝓ nobis fieret maledic-
tus vt nos a maledictione legis abſolueret · Hec ille · Juſteq; et rō-
nabiliter anima noſtra ſitire debet ad ihēſū in gloria coronatum /
quē ſancti patres in nocte legis deſiderauerūt incarnandum · quia
dies gracie nobis appropinquauit qua mediāte facilis eſt nobis ac-
ceſſus ad beatam eternā vitam · in qua xp̄iſtus ſaluator ſeculi vi-
uit et regnat ineternū ·

¶ Feria tercia prime dominice aduentus ſermo de reuelacionibus
factis mētibus ꝓphetarum de incarnacionis miſteriis et qualiter
ꝓphete predixerunt multipliciter xp̄iſtū fore venturum ·

¶ Tercius fructus Jheſus a ꝓphetis eſt cognitus ·

NOx preceſſit ⁊c̄ Placuit quondā altiſſimo deo celi incar
nacionis miſteria ꝓphetarum mētibus reuelare · vt per
ipſoꝝ voces inſtrueret̄ humanū genus de veritate incar
nati verbi · Nullus equidē excuſari ſe poteſt ſi Jhesū nō
credat · ſi eum nō colat · ſi illum toto corde non amplexatur · Huius
aduentū preceſſerunt tot ꝓphetarum oracula et teſtimonia · Firma
tur eñ vniuſcuiuſq; mens in fundamēto veritatis cum ſenſerit de
xpriſto venturo ꝓphetas clamare ac ꝑdicare quapropter in ꝑſenti
ſermone de incarnaciōe verbi loqui volentes ꝯſideramus illas ſupe-
nas reuelaciones quas habuerūt ꝓphete / colligemuſq; ea que dic-
turi ſumus ſub vno fructu · qui eſt Jhesus cognitus eſt ꝓphetis ·
¶ Ad cui9 declaracionē tres concluſiones occurrunt declarande quaꝝ
Prima vocat̄ diffinicio · ¶ Secūnda vocat̄ multiplicacio ·
Tercia vocatur teſtificacio ·
¶ Capitulum primū de ꝓphecia quid eſt et qualiter nō poteſt eſſe
naturaliter / contra opinionē illoꝝ qui dixerunt ꝙ homo poſſet na-
turaliter ꝓphetare · quod ſi verū eſſet ꝓpheticum teſtimonium nō
eſſet conueniens ·
¶ Prima concluſio vocat̄ diffinicio · in qua ꝯueniens eſt ſcire quid
eſt ꝓphecia quia niſi hoc clare intelligeret̄ non ſatis eſſet incar-
nacionem xp̄i magnifacere ex quo fuit a ꝓphetis ꝓnunciata · Se-
cundum ergo caſſiodoꝝ · ꝓphecia eſt diuina inſpiracio · rerūq; euen
tus immobili veritate demonſtrans · Ex qua diffinicione habemus
ꝙ illa cognicio quā habuerunt ꝓphete eſt ſupnaturalitatis et diui
nitus inſpirata · Vnde · i · Pe · i · Non eñ voluntate humana ablata
eſt aliquādo ꝓphecia ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti
dei homines et in hoc interimit̄ error ipſoꝝ qui dixerunt ꝓpheciaꝫ
eſſe a natura · Nam vt Aug9 · dicit · xii · geñ · ſup literam quidam
voluerunt dicere ꝙ humana natura haberet quandā vim diuinacio
nis in ſeipſa · Et hoc videt̄ eſſe ſecundū opinionem Platonis · qui
poſuit ꝙ anime habent omniū rerum cognicionē per pticipacioneꝫ
ydeaꝝ · Sed iſta cognicio obumbrat̄ in eis per coniunctionē corporis
in quibuſdā plus / in quibuſdā vero minus ſecundū corporis purita
tem diuerſam · et ſecundū hoc dicunt ꝙ corpa habencia animas nō
multū obtenebratas ex corpoꝝ vnione poſſūt futura ꝑcognoſcere
ſecundū primam ſcienciā · Sed contra hoc obicit Aug · ꝙ nō ſemp
poteſt vim diuinacionis habere anima cum ſemp velit · Et tamē ve
rius videt̄ ꝙ anima ex ſenſibus cognicionē acquirat · Omnis enim
cognicio ortū habet a ſenſu ſecundū aꝝ · ideo melius eſt dicendum
ꝙ precognicionē futuroꝝ homines nō habent ſed acquirere poſſūt

per viam experimentalē in qua iuuant̄ per naturales diſpoſiciōem ſecundum quā in homine inuenit̄ perfectio virtutis ymaginatiue. et claritas intellectiue. et tamē huius ꝑcognicio futuroꝝ differt a prima que habet̄ ex reuelacione diuina. Primo quidem quia prima poteſt eſſe circa quoſdā effectus / ad quos ſe poteſt extendere hu‑mana expiencia. Secundo ꝙ prima ꝓphecia eſt circa immobilē veri‑tatem non aūt ſecunda ſed poteſt ſubeſſe falſū. Hinc eſt quod dicit Nicolaus de lira ſupra pſalmos in principio. ꝙ ꝓphecia ſermonis interꝑtacionem dicit̄ quaſi procul fans. quia denunciat ea que ſūt ꝓcul ſeu remote a naturali cognicione humana. Yſidoꝝ. li. x. ethi‑mologiarum dicit ꝙ ꝓphete in veteri teſtamēto vocabant̄ viden‑tes. quia videbant ea que abſcondita erant. et gentilitas appellabat eos vates a iumentis. ſecundū vero Nico. de lira triplex eſt gradꝰ eoꝝ qui excedunt cognicionē noſtram.

Primus ꝓpter rei cognoſcende cognicionē.
Secundus ꝓpter cognoſcentis condicionē.
Tercius ꝓpter modum cognoſcendi.

¶Primus gradꝰ eoꝝ que ſunt remota a naturali condicione cog‑nicionis cognoſcende qui eciā in triplici gradu ſubdiſtinguit̄.

¶Primus gradus eſt ꝓpter rei cognoſcende ſupeminenciā cuiuſ‑modi ſūt diuina maxime circa perſonaꝝ ꝓpria. Ideo de talibꝫ facte ſunt reuelaciones ꝓphecie. Yſa. per ſeraphin ſanctus clamancia. et clarius in nouo teſtamento prima Jo. v. tres ſunt qui. ꝛc.

¶Secundus gradus eſt ꝓpter rei cognoſcende latencia. cuiuſmodi ſūt cordiū ſecreta ſoli deo cognita. Vnde et cognicionē Symonis magi per reuelacionē fuit cognita Petro act. viii. Ideo dixit ei Pe‑trus. in felle amaritudinis video te eſſe. Cogitabat nanqꝫ graciā ſpiritus ſancti vendere.

¶Tercius gradus eſt ꝓpter rei cognoſcende diſtanciā. que diſtan‑cia vno modo accipit̄ ex pte loci. et ſic heliſeus per ſpūm ꝓpheticū diſtans p magnū ſpacium gieci miſit ad ſunamitē mulierem poſtu‑lans an cuncta circa ſe et virū eius et filiū eius agerent̄. iiii. Re. iiii.

¶Alio modo accipit̄ diſtancia ex pte preteriti tempis vel futuri. preſens eñi non diſtat a nobis. De diſtantibus aūt ſecundū preteri‑tum facta fuit reuelacio moyſi de creacione mūdi. vt dicit Grego. ſup Ezechielem. De diſtantibꝫ ſecundum futurū fuerunte ali reue‑laciones prophetice.

¶Secundus gradus eoꝝ que ſunt a naturali noſtra cognicione re‑mota eſt ꝓpter condicionē cognoſcētis et ꝓpter hoc aliquādo cog‑noſcentis defectus ſuppletur per ſpiritū ꝓphetičum. et hoc modo abias ſolonites cognouit vxorē Jorobiam domū ſuam ingredientē

¶ Pꝛimo per generalitatẽ. quia noticia fidei poteſt eſſe generalioꝛ et cõmunioꝛ. Si eñ veritas ſolũmodo racioni inquirenda relinque retur paucis hominibꝫ ineſſet noticia dei. Secundũ enim Tho pꝛi mo contra gentiles. c. iiii. A fructu ſtudioſe inquiſicionis qui eſt

inueſtigacio veritatis plurimi impediuntur tribus de cauſis Quidam ꝓpter complexiõis diſpoſicionē ex qua ruſtici ſūt naturaliter indiſpoſiti ad ſciendū vnde nullo ſtudio ad hec ꝑtingere poſſent/vt ſummum gradū humane nature attingerent in cognoſcendo tantū conſiſtit. Quidā vero impediunt̄ neceſſitate rei familiaris. oportet enī inter homines eſſe aliquos qui temporalibꝫ inſiſtant/qui tm̄ tempꝰ in ocio contēplatiue inquiſicionis nō poſſent expendere/vt ad ſummum faſtigiū humane inquiſicionis ꝑtingerent ſcꝫ dei cognicionē Quidam impediunt pigricia ad cognicionē autē de deo racio inueſtigari poteſt multa ꝑcognoſcere/et conferre tocius phyloſophie ꝯſideracio ad dei cognicionē/ꝓpter quod metaphiſica que circa diuina verſat̄ inter philoſophye partes vltima remanet ad diſcenda

¶ Secunda racio eſt ꝓpter velocitatē Velocius enī fide q̄ꝫ racioe cognoſcit̄ deus et cicius nā qui ad predicte veritatis cognicionem racione vellent ꝑuenire/vix poſt longū tempꝰ id poſſent attingere tum ꝓpter multa que exigūt vt dictū eſt/tum eciā ꝓpter ꝙ tempe iuuentutis diuerſis paſſionū motibus anima fluctuās non eſt apta ad tam alte veritatis cognicionē/ſed in quieſcēdo fit prudens et ſciens/vt habet̄ ſecundo phyſicoꝝ. ¶ Tercia racio eſt ꝓpter ſecuritatem ꝙ noticia fidei eſt ſecurior inueſtigacione racionis. Plerūqꝫ enī tali inueſtigacione falſitas admiſcet ꝓpter debilitatē intellectus noſtri in iudicando/et fantaſmatū ꝑmixtionem. Et ideo oportuit vt ꝑ viam fidei veritas eluceſcat. Hic apoſtolꝰ ad ephe. iiii. Non amplius ambuletis ſicut et gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui tenebris obſcuratā habens intellectum. Igit̄ humiliet vnuſquiſqꝫ mentem ſuā/deponat omnes curioſitates animi ſui/abiciat quilibet preſumpcōnem a ſe/et cum de xpriſto ſenſerit fide videant racionis ꝓpter debilitatē Sed neſcio quid dicā de multis qui nullo argumento flecti poſſunt ad credendū que credere obligantur. Niſi forte dixerim eos excecatos/vel ſuꝑbia/vel auaricia/vel luxuria/a quibus cum abſtinere nolint id credunt quod volunt Hoc nanqꝫ ſolum eſſe videtur malorum refugiū quapropter nos verā fidem habeamꝰ qui eſt benedictus in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sabato poſt ſecundam dominicā de aduentu Sermo de ſequela xpriſti contra falſos xpriſtianos qui dicunt ſe in xpriſtum credere quem tamen in operibus virtutum nolunt imitari. vnde in ipſo merito ſcandalizantur.

¶ Fructus tredecimus. Ihesus eſt imitandus.

Beatus qui nō fuerit ſcandalizatꝰ in me·vbi ſupra·Oſten
dunt quidā ſe in hac vita xpriſtū diligere et in ipſū cre
dere verba ꝓferendo·ſed opibus ipſi contrariant̄·Quo-
niam vicioſius viuūt vitaqꝫ eoꝝ eſt reprehenſibilis valde
atqꝫ in his que dei ſunt difficillime fatigant̄ adeo vt necꝑ minimo
laborare velint ꝓ adipiſcenda gloria ſanctoꝝ·pro quibus in p̄ſenti
ſermone dicturi ſumus de ſequela Jheſu xpi·quia vt iacobus ait·ii
fides ſine opibus mortua eſt·Non em̄ prodeſt nobis xp̄m cōmenda
re/xpriſtū laudare/xpriſtū magnificare/xp̄m nominare/niſi ipſum
fuerimus imitati Erit itaqꝫ huiꝰ ſermonis fructꝰ·Jheſus eſt imi
tandus·Nam qui ipſum ſequit̄ in illo non ſcandalizat̄·ꝓ cuiꝰ decla
racione circa ſequelā tres concluſiones notabimus.

Prima concluſio dicit̄ determinacio·
Secunda concluſio dicit̄ racio·
Tercia concluſio dicit̄ retardacio·

¶ Quod debemus imitari xpriſtū non tamē in omnibꝫ/ſed ex neceſſi
tate in obſeruancia humili diuinoꝝ conciliorum et operibus ꝑfec-
cionum·

¶ Capitulum primū·

Prima concluſio dicitur determinacio/in qua expedit ſcire in
quo debemus xpriſtū ſequi/de quo petrus ait prima Pe·ii·
c·Xpriſtꝰ paſſus eſt ꝓ nobis/nobis relinquens exemplū vt
ſequamur veſtigia eius· Et Jo·prima canonica·ii·c·qui dicit ſe in
xpriſtū credere/debet ſicut ille ambulauit ambulare. Et Lactanciꝰ
vii·li·diuinaꝝ inſtitucionū ait·Pater em̄ noſter ac dominus qui cō
didit firmauitqꝫ celū/qui beata magnitudine ſua terram vallauit
montibꝫ/mare circūdedit omniaqꝫ diſtinxit/ et quicquid eſt in hoc
ope mundi conflauit atqꝫ ꝑfecit qui ꝓſpectis erroribus hominum
ducem miſit/vt nobis iuſticie viā panderet/ hunc ſequamur omēs
hunc audiamus/huic deuotiſſime pareamꝰ/quoniā ſolus vt ait Lu
crecius veridicis hominū purgauit pectora dictis· Et finē ſtatuit
turpitudinis ac timoris·Expoſuitqꝫ ſummū bonum quo tendimus
omnes·Qui formā atqꝫ viam monſtrauit limite paruo·Quo poſſe
mus recto tendere curſu/nec tantū oſtendit/ſed p̄ceſſit/ne quis dif
ficultatis gracia iter veritatis erraret.Et Greg·dicit·Qui xpriſti
veſtigia dedignant̄ ſequi/qua temeritate ſperant ad eius claritatis
gaudia conſequenda ꝑuenire·Et in euangelio ipſe ſaluator ait Jo·
viii·Ego ſum lux mundi·qui ſequit̄ me nō ambulat in tenebris·Et
Jo·xiii·Exemplum em̄ dedi vobis vt quemadmodū ego feci/ita et
vos faciatis·Ex his remanet dubiꝰ animus/in quo debeamꝰ xp̄m
ſequi· cum xp̄us ieiunauerit·xl diebus et·xl·noctibus/et nichil cō
medens vel bibens in deſertū locum ad orandum acceſſit/animam

ſuam ꝑſecutoribus obtulerit/fuerit q̧ multipliciter illuſus/flagel⸗
latus/cōtumeliis affectus in medio duoꝝ latronum crucifixus et
tandē ꝓ nobis cum amaro dolore mortuus. Si ergo debemus xp̄m
ſequi/nunquid et talia pati obligati ſumus. ita vt aliter non poſſu
mus ſaluari. Ad quod eſt notandū ad illud quod dicit dn̄s Bon̄. in
quodam libello ſuo/qui intitulat̄ apologia pauperum. q᷑ in xpriſto
contingit tres actus reperire.

Primi reſpiciunt dignitatem excellencie.
Secundi defenſionem miſericordie.
Tercii informacionem perfecte vite.

Primi actus reſpiciunt ⁊c̄. vt illi in quibus apparet ſua potēcia
ſicut opa miraculoſa /vel ſapiencia/ſicut reuelacio ſecretoꝝ cordis
vel ſeueritas iudicii/ſicut eicere vendētes et ementes de templo et
dura increpacione ferire pontifices/vel auctoritas officii/ſicut ſa⸗
cramentū pficere/et manus imponere et relaxare peccata/que om
nia xp̄o conueniunt/q᷑ ipſe erat deus omnipotens. erat homo et ex
gracia vnionis omnia ſciens/erat iudex et erat ſacerdos.

Secundi actus in xpriſto reſpiciunt defenſionē miſericordie. Nam
xpriſtus nupciis interfuit/comedit cū phariſeo. Luce. vii. in domo
Marte et Magdalene multociens hoſpitabat̄/ibiq̧ comedebat ap
poſita ſibi cibaria. Comedit cum publicanis et peccatoribꝫ. vt patꝫ
Math ix. quoniā comedit in domo mathei phariſei murmurabant
quare cum publicanis et peccatoribus manducat magiſter veſter.
Habebat tunicā inconſutilem non rudam nec iſpidā/ cōuerſabatur
inter homines/et tandem cum peccatoribus loquebat̄ Que omnia
ipſe fecit non tanq̄ȝ imperfectus ſed pfectiſſimus. Et huiōi opera

In ipſo impfecta nequaq̄ȝ fuerunt/q᷑ ſicut bonum dicit̄ tripliciter.
ita et malū tripliciter. Eſt em̄ bonum ex genere vt actus tranſiens
ſup aliquam materiā vt ire ad eccleſiam/dare elemoſinā/ieiunare ⁊
ſimilia. Eſt em̄ bonum ex circūſtancia. ſicut actus circūſtanciis de⸗
bitis informatus/vt occidere hominē quia lex ita iubet Eſt eciam
bonum ſecundū ſe/ quod nullomō poteſt fieri male/vt eſt diligere
deum eſt opus virtutis ex radice caritatis procedens. Similiter
malum aliquod eſt ex genere vt actus trāſiens ſup materiam inde
bitam. ſicut occidere hominē. Et malū ex circumſtancia ſicut dare
elemoſinam diuiti paupibus fame perire pmiſſis et ieiunare ꝓpter
inanem gloriā. Et eſt malū ſecundū ſe. et eſt illud quod nullomodo
poteſt fieri bonū. ſicut odire deum et de facto peccare mortaliter.
Perfectum eciā quoddā eſt ex genere vt eſt actus difficilis et ex⸗
cellens. vt ſicut omnia relinquere et religionē intrare. Quoddā eſt

ꝑfectum ex circunſtancia vt eſt actus debitis circūſtanciis et per
fectionibus informat9 / ſicut fugere mortē non ex infirmitate et ti
more / ſed ꝓ meliori bono / vel quantū ad deum vel quantū ad proxi
mum. Tercium eſt ꝑfectum ſecundū ſe / ſicut eſt actus difficilis a
virtutis ſublimitate ꝓcedens vt eſt motus feruide et tacite dilec-
cionis in deum. Imperfectū eciam dicit̄ tripliciter. Quoddā eſt ex
genere / vt eſt actus facilis ad quē humana infirmitas et fragilitas
cōmuniter inclinat̄. vt poſſidere pecuniā / habere vxorem et ſimilia.
Quoddam eſt ex circūſtancia / vt dimittere veſtem ꝓpter fugā ma
ioris iniurie. Tercium eſt imperfectū ſecundū ſe / quod nullomodo
poteſt ſtare cum euangelica ꝑfectione / vt fugere paupertatē. Ex
his omnibus apparet / ꝙ bonū ſecundū ſe nunq̄ꝫ poteſt eſſe imꝑfec
tum et econuerſo. Sed bene bonū ex genere poteſt eſſe malū ex cir
cunſtancia / ſicut qui iret ad eccleſiā vt placeret hominibus et non
deo / et malū ex genere poteſt eſſe bonū ex circūſtancia / ſic ſi vides
maleficos ſecundū iura aliquē occidere in quo caſu non malefaciūt
ſed benefaciunt. vt patꝫ xxiii. q. v. c. Lex eterna. c. Cum minister. ꝛ
c. qui malos. Ita eciā perfectū ex genere poſſet imperfectū eſſe ex
circūſtancia / ſicut facere aliquod opus ad debitū finem caritatis or
dinatum ꝓcedens ex radice intime caritatis. hoc modo xp̄s bene-
dictus omnia ꝑfectiſſime fecit / quia cum comedit vel bibit / vel cō
uerſatus eſt cum hominibus / vel cum nupciis interfuit et ſimilia /
non hoc fecit vt ſatiſſaceret alicui ſuo irracionali appetitui / qui in
ipſo non erat / ſed vt infirmos confortaret ne crederent ſi xp̄iſt9 talia
opa non feciſſet ſe aliquo modo poſſe ſaluari / ſi ab eis opibus imꝑ
fectionis omnino nō abſtinerent. vnde ſimiliter dicimus ꝙ in xp̄o
maioris ꝑfectionis fuit familiare colloquiū cum peccatoribꝫ / quā
dura increpacio facta per Johannē baptiſtā ipſis phariſeis. Maio-
ris ꝑfectionis fuit in xp̄iſto conuerſacio cum hominibus q̄ꝫ ſolitu
do Johannis in heremo / quoniā hec et ſimilia ꝓcedebant a xp̄o ex
ardentiſſima caritate / nam ſicut humanā aſſumendo naturā in no-
ſtris quidē fact9 eſt humilis / ſed in ꝓpriis remanſit excelſus ſic et
ſūme caritatis dignacio ad actus quoſcūꝫ noſtre imbecillitatis et
imꝑfectionis conformes deprimit̄ / et alia ſūme ꝑfectionis rectitu
dine non curuat̄ et ideo talia opa ꝑfecta in ipſo fuerunt. Neqꝫ vero
ſciendum eſt ꝙ quidā minus bene intelligentes / qui dicunt ꝙ ꝑfec
tio et imꝑfectio differunt ſicut duo contraria / ſicut iuſticia et pec
catum. gloria et ignominia / vita et mors. ſed differūt ſicut magis
bonum et minus bonū. magis meritoriū et minus meritoriū. Item
non valet conſequencia / vnus facit opus ꝑfectionis / ergo bn̄facit

alter facit opus impfectionis/ergo malefacit· Jdeo Ambroſius li·
primo de officiis ait· Officiū omne aut bonū aut perfectū eſt· quod
cum ſcripturarū auctoritate poſſumus ꝓbare· Habemus eñ in e=
uangelio dixiſſe deū Mat·xix·Si vis ad vitā ingredi ſerua manda
ta·Non homicidiū facias·Non adulterabis Hec media ſunt offi=
cia/quibus aliquid deeſt· Jdeo ſequit̄ Math xix·c· Si vis ꝑfectus
eſſe vade vende omnia que habes/et da pauperibus et veni ſequere
me·Hoc eſt ergo ꝑfectū officium/greci catholicū vocant·quo cor
rigimur omnia que aliquos potuerūt lapſos habere· Hec ille Et
idē Ambro·ſuꝑ epiſtolā ad cor ait·Alicitis·tempare vult fideles
vt non ſolū innocentes· ſed glorioſi videamur cōceſſa eñ preterire
virtutis eſt maxime·Et Aug9·in li·de bono ꝯiugali inquit·Bonū
erat quod Marta faciebat occupata circa miniſteriū ſanctoꝝ·ſed
melius quod Maria ſoror eius· Bonū ſuſanne in ꝯiugali caſtitate
laudamus·ſed tamē melius bonū vidue Anne/ac multomagis ma
rie virginis anteponam9 bonū erat quod faciebant/ qui de ſba ſua
xpriſto et eius diſcipulis miniſtrabant/ſed melius quidē faciebant
qui omnē ſubſtanciā ſuā dimiſerant/vt xpriſtū expedici9 ſequerent̄
Et Hiero·ad Demetriadē inquit·Prohibent̄ mala/p̄cipiunt̄ bona
concedunt̄ media/ſuadent̄ ꝑfecta·Jn duobus primis omne peccatū
concludit̄·Reliqua vero poſita ſunt in noſtra poteſtate/vt aut vta=
mur conceſſis ac licitis/aut ob maius premiū ea que nobis ꝑmiſſa
ſunt reſpuamus· Quibus oībus apparet ꝙ perfectū non differt ab
impfecto/ſicut virtuoſū a vicioſo/ſed ſicut magis bonū a minori
bono· ¶ Tercii actus in xpriſto reſpiciunt informacionē perfec=
te vite/ſicut offerre ſe morti/virginitatē et paupertatē obſeruare ⁊
huiōi·Cum ergo querit̄ in quo debemus ſequi xpriſtū Reſponſio ꝙ
in obſeruancia diuinoꝝ mandatoꝝ/ vt apparet ex p̄miſſis·Jn operi
bus autē ꝑfectionis non tenemur ipſū ſequi/niſi inquantū volum9
ſicut ſi nos aſtringeremur ad obſeruandū diuina cōcilia/vel in caſu
ꝙ extrema neceſſitas expoſtularet/ ſicut ſi aliter vnus non poſſet
ſe defendere/vt ſi nō negaret moreret̄·Jdcirco multi iudices ſūt qui
ex opibus perfectionis/vel in xpriſto ꝯſideratis/vel in ſanctis ſuis
eos lacerant/in quibus talia opera non relucēt·quis ignorat ꝙ eciā
in opibus ꝑfectionis et gradus et varietas inueniat̄ Opus nanqꝫ
ꝑfectionis eſt ꝓ xpriſto comburi/lapidari/crucifigi/capite trūcari
ſagitari/vel decoriari·Opus ꝑfectionis eſt mundo dimiſſo in ſoli=
tudine deo ſeruire·Opus ꝑfectionis eſt habitū religionis aſſumere
et inter homines ſtando/verba vite predicare/que fatuitas eſt ergo
dicere Paulus prim9 heremita ſtetit in heremo et bñfecit·Stepha

mis fuit lapidatus et nõ ſtetit in heremo ergo malefecit. Sanctus Franciſcus non fuit ſacerdos et noluit eſſe ꝓpter humilitatẽ et benefecit ergo ſanctus Anthonius qui fuit ſacerdos malefecit. O rudis intellectus eſt iſta cogitare. O rudia ingenia O mentes inſipide atqꝫ beſtiales. Certe abſqꝫ vlla racione volunt pleriqꝫ de quibus loquimur: omnes ad opa perfectionis fore obligatos: dampnant coniugia: dampnant reges duces barones milites mercatores artifices et quoſcunqꝫ in ſeculo ↄſtitutus Quibus ego dico qꝫ hi qui in ſeculo ſunt in quolibet gradu: et ſeruent mandata dei: et ſalus eterna eis non denegat̃. Aſſerunt eciã hii eos qui pfectionis viam ingreſſi ſunt ad omnia et ſingula pfectionis opera teneri: quod falſũ eſt. quod oſtendimus exemplis preallegatis. Sequamur ergo xp̄m bono animo: quia ad nichil impoſſibile nos cogit.

¶ Qꝫ tribus racionibus inducimur ſequi xpiſtum: quem multi fugiunt. Capitulum. ii.

SEcunda concluſio dicit̃ racio vel inductio. Inducimur nãqꝫ xpiſtũ ſequi: quẽ multi fugiunt triplici racione.
Primo racione nominacionis.
Secundo rõne honoracionis. ¶ Tercio rõne remuneracionis.

¶ Primo inducimur ſequi xpiſtũ racione nominacionis. Nominamur eñ xpiſtiani: quod nomen primo ab apoſtolis et diſcipulis fuit introductum Nam vt ſcribit̃ in ſecundo li. eccleſiaſtice hyſtorie: cum paſſim p gentiliũ populos diuina eẽ vnderet̃ dignacio: primũ Cornelius apud ceſaream paleſtine vrbem maximã cum omni domo ſua ad fidẽ xpiſti Petro miniſtrante perducit. Jam in dies quãpluiimi et alii ex gentibus apud anthiochiam ad fidem venerunt. Ob quod ibidẽ florentiſſima congregat̃ eccleſia: in qua omnibꝫ pariter et in gracia dei et vnanimiter degentibus: ibi primũ diſcipuli perenni fonte ſumpto vocabulo appellati ſunt xpiſtiani: qꝫ vero a xpiſto dicit̃ oportet vt qui illud habent xpiſtũ ſequant̃: qꝛ nomen debet eſſe conſonans rei. pbatur. xxi. di. c. Cleros. et de prebendis et dignitatibus. c. cum ſecundũ. et inſtituta de donatis. § eſt. Hinc ẽ quod ſcribit̃ extra de ſacra vnctone. c. Conueniſſe. a xpiſto xpiani dicuntur. vt quaſi vncti deriuant̃ ab vncto: vt omnes currant in odorem vnguentoꝝ illius cuius nomen oleũ eſt effuſum. et Augus. in libro de doctrina xpiſtiana de hoc ſic loquit̃ Ex ſacramẽto vnctionis xpiſtianoꝝ omniũ vocabulum deſcendit. quod nomẽ illud fruſtra ſortit̃. qui xp̄um minime imitat̃.

¶ Secũdo inducimur ad ſequendũ xpiſtũ racione honoracionis: quia honorat xpiſtus ſe ſequentes tanto honore vt maior excogitari

non poſſit· Ideo dixit diſcipulis ſuis xp̄s Jo·xv· Jam non dicā vos
ſeruos ſ; amicos Et in p̄s.cxxxviii· Nimis honorati ſūt ⁊c̄.quod
verꝝ ē· Nos cōſpicimꝰ cū videmꝰ tā celebri veneraciōe celi memo
riā ſanctoꝝ et magis apte videbit̄ cū in fine ſeculi imitatores xp̄i
magis honorabunt̄ q̄ʒ ꝑcurati reges/q̄ʒ inſaciati diuites/q̄ʒ delica
ti iuuenes/q̄ʒ hi qui voluptatibʒ et blādiciis ſecl'i vacauerūt· Tūc
vt ſcribit̄ ſap̄·v· Stabunt iuſti in magna ꝯſtancia ⁊c̄·vſqʒ illoꝝ eſt
Erit tūc maior gloria et honor piſcatoris amici dei/q̄ʒ fuerit gloria
exhibita quibuſcūqʒ impatoribʒ romanoꝝ/nulla erit tūc illoꝝ ro
manoꝝ gloria/qui poſt multos labores et ſudores et anguſtias et
effuſionē ſanguinis et diravulnera ſupatis hoſtibʒ in vrbe maxima
triūphabant· Erat nanqʒ triūphus ille honor maximꝰ/qui dari po
terat a romanis·et dicit̄ a tris quod eſt tres/et phanꝰ quod ē ſonꝰ
q̄ſi triplex ſonus ꝑ benemerito ciue· ffiebat aūt triplex ꝯſultacio ꝑ
triūpho/nam primo ꝯſulebat̄ exercitꝰ· ſecundo ſenatꝰ· tercio popu
lus/quibʒ ꝯcordantibʒ triūphabat victorioſus dux vel dicit̄ ꝙ tri
plex fuit leticia triūphantis· Prima ꝙ cū ad vrbē triūphalis ciuis
rediret ei cum effuſa leticia occurrebat populꝰ vniuerſus· Secūda
erat leticia q̄n triūphantis currū p̄cedebant captiui omēs manibʒ
poſt tergū ligatis· Tercia leticia/ꝙ triūphans ſeruū poſt ſe habe-
bat geſtantē anulū ſimilē ſuo et a tergo triūphantis coronā aureaʒ
deferentē· Ipſe vero triūphans indutꝰ veſte aurea aſcēdebat ſuper
currū aureū tractū a quatuor equis albis· vt ſcribit Luciꝰ florus
li·i· et ſic pompaticꝰ dux eunte ſenatu ī capitolio albos mactabat
tauros et ſacrificabat Joui/et ob tempamentū huius effuſe leticie
licebat impune oībus iocoſe aduerſū triūphantē dicere quecūqʒ cō
uicia/et moti romani ob tantā gloriaʒ ſine rubore poſtulabant ſibi
decerni triūphales titulos ob quecūqʒ leuia· quibʒ vt occurreret̄ te
ſte Valerio · ſub rubrica de iure triūphandi/ lege cautū eſt ne quis
triūpharet/niſi· v· millia hoſtiū in vna acie occidiſſet/et ne lex cupi
ditatis gloria fraudaret̄ adiutorio alterꝰ legis ſuffulta eſt /quaʒ
Luciꝰ mariꝰ et· M· Cato tribuni plebis tulerūt· Minabat̄ eñ pe-
nam impatoribʒ qui falſū numeꝝ occiſoꝝ hoſtiū aut amicoꝝ ciuiū
ſenatui ſuis litteris nūciaſſent· Jubebant eciā quāprimo vrbeʒ in-
traſſent apud queſtores vrbanos iurarēt de vtroqʒ numero/ab his
ſenatui ſcriptū eſſe· Erat eciam ſantitū vt pro habito imperio nō
pro recuperatis· effuiſſent romani populi triumphus decerneret̄ ·
Ob quam legē vt ſcripſit Valerius ſupior affricanus ob recupera
tas hyſpanias nullū triumphū habuit· Nec· M· Marcellus ob re
cuperatas Siracauſas ffiebant aūt in his triūphis ſolacioſi ludi et
feſtiui ioci in honore triūphantis· vnde maxime mouebant̄ ipſi ro-

mani ad viriliter agendū et aggrediēdū quecūqꝫ ardua et difficilia
ſibi cōmiſſa· ſic triumphauit Lucius Poſtinꝰ megetellus ſecundū
Titū Liuiū·li·i·ab vrbe ꝯdita/qui ſamites vicit et vriam ſupauit
Triūphauit Lucius emilius Paulus filius Lucii emilii/qui apud
Camios occiſus eſt ſecundū Plimū de viris illuſtribꝫ/ eo ꝙ licures
vicit et pſem regē macedonie ſupauit· Triumphauit papilius/qui
Lucius papilius curſor dictus ē· qui ſāmitū duriciē plebis fregit
et adeo clare cūcta geſſit/ꝙ romani ſecundū eutropiū et Oroſium
hūc Alexandro maximo duci parē eſſe ꝑſtolabant· Triumphauit
Quintꝰ Cecilius Metellus dictꝰ macedonicus ſecundū Eutropiū
li·iiii·ad dumita Macedonia/qui Philippū regē de macedonia de
uictum eduxit Triūphauit metellꝰ filiꝰ eius ſecundū Oroſiū cre-
ticus dictꝰ·ꝙ cretā romano populo ſbiugauit· Triūphauit Pom
peius magnus poſt ſupatos duos reges ſecundū Oroſiū trahentibꝫ
currū elephantis ꝓferens ante ſe filios Mitridatis et Trigams ⁊
Ariſtobolū principē iudeoꝝ· Triūphauit Ceſar quinquies vt ſue-
tonius ſcribit/et florꝰ · ꝓpter ea que geſſerat in gallia et britania
et egypto et aphrica· Triūphauit Probus impator·qui ſecūdum
eutropiū ix li·et rufinū in annalibꝫ romanoꝝ/ vicit alemanos ger
manos/gottos exarmatos/et dietꝫ·v· ſic glorioſe triūphans inter
alia ſpectacula totū currū in ſpeciē ſilue fecit cōſeri arboribꝫ· ac p
diuerſos aditus mille apros/mille ceruos/mille leones/centū cen-
tūqꝫ lupicos imiſit leopardos/et qualcūqꝫ alias feras habere potu
it viuas· Et oīa conceſſit diripienda populo· Multiqꝫ fuerunt alii/
qui in huiōi triūphis non paruū ſibi honorē vendicauerūt· Sed vere
fumꝰ fuit et vanitas tal' honor/laborauerūt ſollicitudine ꝓ re inſta
bili et momentanea· Nō ſic aūt erit de honore amicoꝝ dei/qui hono
rem ꝑpetuū et indeficientē acquirent· Nō dicet̄ impatoribus olim
triūphantibꝫ/tūc vero flentibꝫ/ſed his qui xp̄m ſūt imitati Mat·
xxv·c· Venite bn̄dicti patris mei· O ergo mūdana pigricia· O vitu
pabilis negligēcia· ſi illi ciues terrene ciuitatis tm̄ laborarūt ꝓ illo
modico honore accipiēdo/ cur oēs non inuigilāt ad imitandū xp̄m
pro honore quod ꝓmittit̄ omnibꝫ beatis in regno celoꝝ. ¶ Tercio
inducimū ad imitandū xp̄m rōne remuneracionis· Dat nanqꝫ ſe ſe-
quentibꝫ remuneracionē liberatiſſimā pro ſeruicio temporali/vitā
eternā ꝓ breui labore/bonū quod nunq̄ꝫ deficiet· Hinc ē ꝙ Hiero·
in q̄ōnibꝫ ad eludiā ait O q̄nta beatitudo ꝓ paruis magna recipe/
eterna ꝓ breuibꝫ/ꝓ morituris ſemꝑ viuēcia·et habere deū debitorē
¶ Qꝫ multi ſine racione ꝓpter tria retrahunt̄ a xp̄ ſequela· C·iii·

Ercia concluſio dicitur retardacio · Retardantur equidem
et retrahuntur multi a ſequela xpriſti et irracionabiliter

et maxime ꝓpter tria. Primo ꝓpter fidē dubiā.
Secundo ꝓpter humanam verecundiā. Tercio ꝓpter ſpem falſā.
Prima retardacio dicit̄ eſſe ꝓpter fidem dubiā/quia nolunt fir-
miter credere exiſtimātes nichil aliud eſſe niſi quod in p̄ſenti vita
inuenitur atqꝫ videt̄. quos Greg. in quarto dyalogoꝝ quodam ex-
emplo valde digno conuincit/vbi ait/ ꝙ ſi caſu vna mulier in fouea
aliqua terre obſcura et anguſta pariat filiū/ibiqꝫ eum educat vſqꝫ
ad annos diſcrecōnis/poſtmodum ei dicat/qualiter eſt ſupra ipſos
celū terra ſol luna ſtelle plante. homines edificia fontes maria/ et
huiōi. fatuus eſſet ille filius ſi nō crederet dicens/iſta non poſſunt
eſſe quia ea non vidi. Pariformiter ſtultus eſt homo qui non credit
ſancte matri eccleſie/non credit p̄dicatoribus et confitentibus de
futura vita regni celoꝝ. Secūda retardacio dicit̄ eſſe ꝓpter huma
nam verecundiā. timent eñ maloꝝ hominum latratus et morſus
qui derident ſepenumero eos qui benefacere ſtudent ſecūdum illud
ꝓuer iii. Deteſtant̄ ſtulti eos qui in recta ſūt via. et ꝓuer. xiiii Am
bulans recto itinere et timens deū deſpicit̄ ab eo/qui infami gradi
tur via. et Jo. iii. Omnis qui male agit odit lucē. Contra quos Hie
ronimus dicit ad Panmachiū. Prima virtus eſt monachi contem-
nere omnia iudicia/et recordari apoſtoli dicentis. Si adhuc homi-
nibus placerē xpriſti ſeruus non eſſem/ magiſqꝫ deridendi ſunt qui
imitant̄ dyabolum q̄ꝫ qui ſequunt̄ xpriſtum. Tercia retardacio
dicit̄ eſſe ꝓpter ſpem falſam/quia ſperāt diu viuere/quod vnicuiqꝫ
dubiū eſſe debet/ſed euenire ſolꝫ quod Hiero. ſcribit ad Geruchiā
Nemo inquit eñ eſt tam fractis viribus ac tam decrepite ſenectu
tis/vt non ſe putet vnū adhuc annū ſuperuicturꝫ eſſe. vnde ſubre-
pit obliuio condicionis ſue vt terrenū animal iamqꝫ ſoluendū eriga
tur in ſuperbiā et animo celū teneat Hec ille. Coexcitent̄ itaqꝫ om
nium mentes/aperiant̄ oculi. cognoſcamꝰ ſeculi vanitatē/labilita
tem/falſitatē/inſtabilitatē calamitatē breuitatē et finē. Conemur
itaqꝫ imitari xp̄m Jheſum qui nos inuitat/ac nos clamat. Venite
ad cenā paradiſi/et ad beatitudinē impetrabilē/que parata eſt omni
bus poſt me venire volentibus/quā nobis cōcedat Jeſus xp̄s Amē
Dn̄ica tercia de aduentu. Sermo de p̄dicacione Johānis baptiſte
qua xp̄m dei filiū publice p̄dicauit. Fructus. xiiii. Jeſu Jo. p̄dicat.

Edius autē veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. Jo. i. c. et
m in euangelio p̄ſentis dominice. Precurſor domini noſtri
Jheſu xpriſti Johannes baptiſta ex diſpoſicione ſpiritꝰ
ſancti xpriſtū dei filiū publice predicauit/ cuius altitu-
dinem ſingulariter indicare voluit his qui fuerāt ab hieroſolomis

ad eum miſſi/qui tamē cum ceteris phariſeis ac iudeis pſidis nul-
lomodo acquieuerūt Johannis teſtimonio veraciſſimo Voluerūt
que de xp̄o audierant a Johanne humili mente ſuſcipe · Et quia in
euangelio hodierno fit ſpecialis mencio de Johannis p̄dicacione/
qua xpriſtū dei filiū firmiter/fortiter/veraciter/aſſerebat · Jdcirco
p euangelii declaracione fructum ponimus elucidādum/qui eſt ·
Jeſum Johannes predicat · Ad cui9 expoſicionē tres concluſiones
ocurrunt notande ·

Prima concluſio dicit̄ miſſionis ·
Secunda concluſio dicit̄ interrogacionis ·
Tercia concluſio dicit̄ magnificacionis ·

Qui miſſi fuit ad Johan-
nem ſacerdotes et le-
uite interrogantes an
eſſet xpriſtus · Capitulum · i ·

Prima concluſio dicit̄ miſſionis · Que notat̄ in prima parte
euangelii · q miſerunt iudei ab hieroſolimis ſacerdotes et
leuitas ꝛc̄ · Tu quis es Vbi nō immerito querim9 quare
iudei pocius opinabant̄ de iohanne q eſſet xpriſtus/q̄m de domino
noſtro Jheſu xpriſto · Nam ſecūdum Origenem tempus aduentus
xpriſti populū recreabat/quodammodo iam p̄ſens exiſtens legiſpe-
ritis ex ſacris ſcripturis ſperatū colligentibus ꝓpter quod theo-
das · non modicam multitudinē quaſi xpriſtus congregauit · Et poſt
illum iudas galileus in diebus profeſſionis · Cum ergo feruencius
expectaretur xpriſti aduentus/iudei tranſmittūt ad Johannem cō-
muniter ſcire volentes ſi ipſe ſe xpriſtū fateretur ꝓpter tria ·

Primo ꝓpter baptiſmi nouitatem ·
Secundo ꝓpter predicacionis claritatem ·
Tercio ꝓpter vite auſteritatem ·

Primo iudei habuerunt de Johanne talem opinionē ꝓpter bap-
tiſmi nouitatē quia vt dicit̄ in fine huius euangelii Johannes erat
in bethania trans iordanē baptizans · Hec Bethania ſecundū glo ·
alia fuit ab illa/que non longe erat ab hieruſalē/vbi fuerat lazarus
mortu9 ſuſcitatus de qua eciā dicit Origeñ q alio nomīe vocabat̄
bethabora · et quia nullus ꝓphetarū ante iohannem acceptauerat
baptizare · ideo baptiſmus eius quandā nouitatem p̄tendere videba-
tur q̄ non immerito ſupiores iudeoꝝ mouere poterat vt de iohāne
ſuſpicarent̄ q eſſet xp̄s · De quo baptiſmo quatuor veritates ſunt
tenende catholice Prima veritas ſecundū Rich · in quarto · q ſi ex-
tendamus nomen ſacramenti ad omne ſignū rei ſacrantis ſuſcipien-
tem · ſic baptiſmum iohannis erat ſacramentum · quia expreſſe re-
preſentabat xpriſti baptiſmum/qui eſt res ſacrans ſuſcipientem ·
Si autē reſtringamus nomen ſacramenti ad illud quod eſt ſacre rei

ſignum/et cauſā: ſic non erat ſacramentū quia non conferebat gra
ciam ex vi ſacramenti vt declarabimus. vnde reſpectu ſacri baptiſ
mi xpriſti debet dici fuiſſe ſacramentale. quia fuit quedā diſpoſi
cio et preparacio ad illius baptiſmi ſuſcepcionem vt dicit magiſter
ſentenciarū in litera di. ſecunda .iiii. li. Secunda veritas ꝙ baptiſ
mus Johannis vt dicit prefatus doctor fuit inſtitutus auctoritate
diuina/quod probat per illud quod dicit a Johanne baptiſta. Jo. i.
Qui miſit me baptizare ille michi dixit. ſup quē videris ſpiritum
deſcendentem et manentē ſupra eum/ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu
ſancto. Hoc ipſū ptz/quia Mat. xxi. xpriſto querenti de baptiſmo
Jo. vtrū eſſet ex celo an ex hominibus Non fuerunt auſi dicere ꝙ
ex hominibꝫ Et dicit ille baptiſmus iohannis eo ꝙ ipſe ſolus fuit
miniſter primarie inſtitucionis et execucōnis illius baptiſmi. Ter
cia veritas quia baptiſmus iohannis ſecundū glo ſup illud Luce.
iii. Predicans baptiſmū penitencie Non dabat ſeu conferebat gra
ciam/quia vt dicit ibi. Johannes darē nō potuit baptiſmū/quo pec
cata ſoluerent. Nam vt dicit Bon. ſecunda di. quarti li. talis bap
tiſmus fuit inſtitutus p quandā preparacionē et aſſuefactionē ad
baptiſmum xpriſti. de conſe. di. iiii. c. non regenerabant. vnde gloſa
Mat. iii. ſup illo verbo. Ego baptizo ait. Tantū corpora lauo/ꝙ
peccata ſoluere nequeo/vt ſicut naſcendo et pdicando pretereo/ſic
baptizādo ad xpriſti baptiſmū dirigam. Quarta veritas eſt ꝙ bap
tizati baptiſmo Johannis ſimiliter/iterū debuerunt rebaptizari/ſicut
patz per Aug. ſup Jo. et ponit de conſe. di. iiii. c. Aliud vbi dicit.
Si quos baptizauit iudas/iterū non ſunt baptizati/et quos baptiza
uit Johannes/ iterū ſunt baptizādi et idem li. ſecundo de baptiſmo
contra donatiſtas ait. Dominus Jheſus xpus tali baptiſmo mun
dat eccleſiā/quo accepto nullū alterum requiratur. Johannes autem
tali baptiſmo precingebat/ quo accepto eſſet eciā baptiſmū dominicum
cum neceſſariū. Et hoc habetur expreſſe actuū xix. c. quando bapti
zatos baptiſmo Johannis Paulus baptizauit baptiſmo xpi. Dicit
tamen dominus Bon. ꝙ quondam opinio fuit ꝙ baptizati baptiſmo
Johannis ſi non habebant fidē trinitatis rebaptizandi erant. ſi aūt
habebant fidē trinitatis/qua interius inſignabant tanquam caractere
habebant ſpūm ſanctū p impoſicionē manuū/et ideo non erant re
baptizādi. Scotus in ſecūda di. ſui quarti inquit ꝙ dupliciter poteſt
intelligi baptiſmus Johānis. Vnomō in forma baptiſmi xpi/quia potu
it didiciſſe a diſcipulis xpi vel ab aliis audientibꝫ eos baptizare et
tunc nō dicitur proprie baptiſmus iohānis ſicut non dicitur baptiſmus petri
vel pauli. et planū eſt ꝙ tales ſic baptizati nō erāt baptizādi. Alio

modo poteſt intelligi baptiſmus iohannis non in forma baptiſmi xpriſti ſed in aliqua alia forma ꝓprie ſcʒ in nomie venturi vt dicit act. xix. vel abſqʒ aliqua forma et ſic de baptizato ſatis videt̃ neceſ-ſariū ꝙ erat baptizandus baptiſmo xpriſti / tum ꝓpter preceptū generale obligans omnes quod non implebant ſic baptizati a Johāne tum quia medicina preparatiua ſuſcepta congruū eſt recipere medicinam curatiuā. Baptiſmus iohannis vt dixi paulo ſupius eſt ſicut diſpoſicio et medicina preparatiua ad baptiſmum xpriſti. ideo non tenet̃ opinio magiſtri a doctoribus in hoc paſſu / quia non videt̃ habere raciones couenientes.

¶ Secundo iudei magis opinabant̃ ꝙ eſſet xpriſtus / q̃m de domino noſtro Jheſu xpriſto / ꝓpter doctrine claritatē adeo nanqʒ doctrina eius erat grata / vt magna populoꝝ frequencia conueniret ad ipſū audiendū. vnde Mat. iii. dicit̃. Exibat ad eū hieroſolima et omnis iudea et omnis regio circa iordanē. Et ſi dicat̃ ꝙ populi ſtulte faciebant / cum non cōſtabat eis de auctoritate Johannis / qui eciam nulla miracula faciebat. vt dicit̃ Jo. x. dicit̃ ꝙ fama miraculoſe cōcepcionis Johannis de ſterili et ſene / et annūciacio eius facta patri in loco et feſto ſolenni et ablacio vſus lingue / et eius recticio nota plebi et p̄clara vita parentū / et eius ab infancia pmanſio in deſertis et ſanctitas et ſtupenda efficacia ſpūs in loquendo dabat apertiſſimum teſtimoniū Johanni ꝙ eſſet vox illa clamantis in deſerto / de qua dicit Jſaias. Jdeo exitus populoꝝ non erat temeritas / ſed pocius mocio ſpūs dei et racionis et voluntatis eoꝝ ſibi conſencientis

¶ Tercio iudei de Johanne opinabant̃ ꝙ eſſet xpriſtus ꝓpter vite auſteritatē / vel ſingularitatē. Nam xpriſtus ferebat veſtes cōmunes. Johannes aūt de pilis cameloꝝ confectas. Xpriſtus panem et vinū comedebat cum peccatoribus. Johannes autē habebat duriſſimum victū / et euitabat cōſorcia peccatoꝝ. Xpriſtus de fabro progenitus eſſe credebat̃ Johannes vero a ſūmo ſacerdote / veruntamē non excuſant̃ iudei / quibus iſte de quo tantā opinionem habebant Xpriſtum eis oſtendit. vt patebit in ſequentibus Et hoc p̄diximus in precedenti fructu. Conuincunt̃ illi qui homines ex exterioribus iudicare volunt.

¶ Q̃ꝝ deſtinatis ad Johannē ipſe ad tria veraciter reſpondit. C. ii.

Secunda cōcluſio dicit̃ interrogacionis. Nam hi qui fuerūt ad Johannem deſtinati ipſū ſagaciter et ſtudioſe interrogauerūt proponentes ſibi ſimpliciter tria / ad que ipſe veraciter voluit reſpondere. ¶ Primum quis es tu.
Secundum helias es tu. Tercium ꝓpheta es tu.

¶De primo dicit text9. Et confeſſus eſt/ et nō negauit. Et cōfeſ-
ſus eſt ꝙ nou ſum ego criſtus. Vbi reſpondet ſecundū Criſo. inten
cioni eoꝝ. quia ad hoc querebant. Tu quis es/ vt reſponderet eis
ſi eſſet Criſtus vel nō. Dicit Criſo. Sic fide dignū exiſtimauerūt
eſſe Johannē/ vt ei de ſeipſo dicenti crederent. Ad ſecundū ſibi
ꝓpoſitum dicit non ſum. Quod contrariari videt̄ ſentencie ſaluato
ris/ qui dixit. Mat. x. de Johanne baptiſta. Ipſe ē helias. Et ad hoc
ſecundū origenē dixerunt quidā/ ꝙ Johannes erat helias tamē ig
norabat ſe eſſe heliam. Et hoc nimiꝝ tenent qui aſſerūt iterate in
corporacionis vnionē tanq̄ anima multa poſſet induere corpora.
Vnde iudei ꝑ leuitas et ſacerdotes querunt an eſſet helias arbitrā
tes helie animā in Johanne eſſe/ qui dixit non ſū/ neſciens primeuā
vitam ꝓpriam. ſed hunc errorē interemit Origenes dicēs. Qualiter
autē videtur racionabile ſi tanq̄m ꝓpheta a ſpiritu illuminatus et
de deo vnigenito tanta narrauit/ ignoraſſe de ſeipſo/ an vnq̄m eius
anima fuerit in helia. Ideo Greg. in omel. hunc paſſum declarat di
cens. Ex his verbis queſtio vobis valde implexa generatur. Alio
quippe loco inquiſitus a diſcipulis dn̄s de helie aduentu reſpondit
Helias venit et non cognouerunt eū. Sed ſi vultis ſcire Johannes
ipſe eſt helias. Requiſitus autem Johannes dixit Non ſum helias
Quid eſt hoc fratres cariſſimi/ quia quod veritas affirmat hic pro
pheta veritatis negat. Valde em̄ inter ſe diuerſa ſunt. Ipſe eſt/ et
ego non ſum. Quomodo ergo ꝓpheta veritatis eſt/ ſi eiuſdē verita
tis ſermonibus concors no eſt. Sed ſi ſubtiliter veritas ipſa requi
ratur/ hoc quod inter ſe contrariū ſonuit/ quomodo contrarium non
ſit inuenit̄. Ad zachariam nanq̄ angelus de Johanne dixit. Ipſe p̄
cedet ante illū in ſpiritu et virtute helie. Quia ſicut helias ſecundū
domini aduentū preueniet/ ita Johānes preuenit primū Nam ille
precurſor venturus eſt veridicis ita iſte p̄curſor factus eſt redem-
ptoris. Johannes ergo in ſpiritu helias erat. in pſona helias non
erat. Quod ergo xpriſtus fatet̄ de ſpiritu/ hoc Johannes denegat
de pſona/ quia et iuſtū erat vt diſcipulis dominus ſpiritualē de Io-
hanne ſentenciā diceret Et iohannes turbis carnalibꝫ non de ſuo ſpi
ritu ſed de corpore reſponderet. Hec ille. ¶Ad terciā interroga-
cionem reſpondit Johannes ſe non eſſe ꝓphetam. Qꝫ ſi alicui du-
bium hec reſponſio faceret/ cum dominus eum ꝓphetam dicat et
pluſquā ꝓphetam. Nos reſpondere poſſumus ꝙ hic ꝓpheta tripli
citer poteſt capi. videlicet

Generaliter primo modo.
¶Specialiter ſecundo modo.
Singulariter tercio modo.

¶ Primo modo accipitur pro quolibet propheta· Et ſic Johannes
non erat ꝓpheta/ſed pluſquã ꝓpheta· Et aug·ait·iohanēs maior
erat quam ꝓpheta/quia ꝓphete longe ꝓnunciauerūt·iohannes pre
ſentem demōſtrabat· ¶ Secundo modo accipitur ꝓpheta ſpecialiť
et ſic ſecūdum Nicolaum de lira famoſa erat opinio tunctemporis
aput antiquos iudeos ꝙ ante Criſtū veniret vn9 magnus ꝓpheta
eo ꝙ ſcriptū eſt deutro·xviii·c·Prophetā ſuſcitabit deus de fratri
bus veſtris· Que quidē auctoritas ſecundū veritatē intelligenda
eſt ad litterā de Criſto/licȝ iudei intelligerent eam de alio ꝓpheta·
Et ideo interrogauerunt eum/ſi eſſet ille ꝓpheta/et reſpondit Non
Non enī negauit ſe eſſe ꝓphetā abſolute · Sed ꝓphetā miſſū ante
Criſtū/quia negaſſet veritatē·ſed negauit ſeipſū ꝓphetam/de quo
loquiť ſcriptura ꝑallegata/que ad litterā intelligenda erat de Cri
ſto/vt dictū eſt · ¶ Terciomodo accipiť ꝓpheta ſingulariter·et ſic
ſecundū gloſam accipiť ꝓ heliſeo/in quo requieuit duplex ſpirit9
ꝓphetaꝝ quarti Reg·ii·c·ideo Johānes dixit Non ſum·ſcȝ heliſe
us· Mira certe humilitas iohannis animā poſſidebat/qui in tāta
exiſtimacione ſui noluit iactanter dicere quod nō erat·Potuiſſet re
ſpondere ſe eſſe xpriſtū vel ꝓphetam/et noluit Recuſauit ſibi vſur
pare honorē alienum veritatē rei petentibus manifeſtauit· Sed ve
mundo a ſcandalis ꝓ tali honore quociens veritas obfuſcať Quot
mendacia ꝓferūtur/quot flagicia perpetranť Certe vix illa expli
care poſſum9·Non ſic faciebat iohānes·qui nobis ſue humilitatis ꝑ
bere voluit exemplū et hec ſufficiant ꝓ ſecunda concluſione ·

¶ Q̲ Johannes ſua predicacione xp̄m magnificauit· Ca·iii·

Tercia concluſio diciť magnificacionis· Magnificauit enī
Johannes xpriſtū illum predicando et declarans his qui in
terrogabant eum ſpecialiter de tribus·

Primo de maieſtate· ¶ Secundo de prioritate·
Tercio de ſublimitate·

¶ Primo de maieſtate magnificauit xpriſtū/quia illis petentibus
Quis es vt reſponſū demus his qui miſerunt nos·Quid dicis de te
ipſo·Ego vox clamantis in deſerto dirigite viam dn̄i· Vbi xpriſtū
dominū predicabat ſecundū ꝙ Jſa·xl·ꝑdixerat iohannes demōſtrat
clamare in deſerto iudee/vt omnes ſe preparent in aduentu Criſti
in mundum·Et bene deſignať Johannes in ꝓprietate vocis ꝙ erat
annūciator verbi domini/hoc eſt xpriſti qui eſt verbū patris·vnde
Greg·in omel·ait·Scitis autē quia vnigenitus filius verbū patris
vocat·Ex ipſa aūt noſtra locucione cognoſcimus·quia prius vox
ſonat vt verbū poſſit audiri·Johānes ergo vocē ſe eſſe aſſerit/quia

verbū̃ precedit· Et ꝑ eius miſterium patris verbum ab hominibꝫ
audit̃· Theopilus autē dicit/ ꝙ Johannes vox eſt/ q̃ veritatē mani
feſte annūciat· Omnes em̄ qui in lege erant obſcure loquebant̃ Sed
poſſet queri quare Johannes appellat ſe vocē· Reſpondet̃ triplici ra
cione· Quia verbū eſt in corde/ ſed manifeſtat̃ per vocē dicentis et
ponit̃ in corde audientis· Et ſic nichilominꝰ verbū adhuc remanꝫ
in corde dicentis et audientis/ et vox tranſit· Sic eciā Criſtus qui
eſt verbū in corde patris/ qui ad nos venit/ et Johannes ipſū mani-
feſtauit· Sic Criſtus et remanet in corde patris ꝑ eternā generacio
nem et in cordibus noſtris per fidē· et Johannes tranſiuit ꝑ mortē
Jo· i· Me oportet minui/ illū autem creſcere· Secunda racio quia ſi
cut verbū prius eſt quā vox/ et non vox preit verbū/ ſic xpiſtꝰ fuit
ante Johannē et ideo ipſe dixit Jo· i· Prior me erat· Et non iohan-
nes p̄ceſſit Criſtū· Luc· i· ipſe p̄cedet ante illū in ſpiritu ꝛc· Tercia
racio eſt quia ſicut vox eſt coniuncta verbo/ nec tamen eſt verbū/ ſic
Johannes multa ſanctitate ꝯiunctus fuit xpiſto · nec tamen fuit
xpiſtus· Nam xpiſtꝰ fuit ſponſus/ Johannes amicus ſponſi·

¶ Secundo magnificauit xpiſtū de prioritate· Nam ſequit̃ euan-
gelium Et qui miſſi fuerant erant ex phariſeis et interrogauerūt
eum et dixerunt ei Quid ergo baptizas ſi tu non es xp̄us neqꝫ he-
lias/ neqꝫ ꝓpheta· Reſpondit eis dicens· ego baptizo in aqua· me-
dius autē veſtꝝ ſtetit quē vos neſcitis Quod ſic itelligit ſecun-
dum Greg· quia per carnē apparens et viſibilis extitit in corpore/ et
inuiſibilis maieſtate · vel ſecundū Criſo· quoniā decēs erat xpiſtū
commixtū eſſe populo vt vnū multoꝝ ſe vbiqꝫ humilē eſſe docen-
tem· Vel ſecundū Theophilū· Medius erat phariſeoꝝ dominus·
ſed ignorabant eū/ quia ipſi ſcripturas ſe ſcire putabant· Et inquā-
tum in illis ꝓnunciabat̃/ dominus medius eoꝝ erat· ſcꝫ in cordibus
eoꝝ· Sed neſciebant eū/ eo ꝙ ſcripturas non intelligebant· ipſe eſt
qui poſt me venit/ qui ante me factus ē· Sed quomodo verꝝ eſt hoc
dictum cum criſtus ſecundū diuinitatē ſit genitus et non factus/
ſecundū humanitatē vero poſt conceptū precurſoris in vtero virgi
nis ſit incarnatus· vt patet Luce· i· Ad quod reſpondet Greg· in
omel' dicens· Sic nanqꝫ dicit̃ ante me factus eſt/ ac ſi dicat̃· antepo
ſitus eſt michi· Poſt me ergo venit· quia poſtmodū natꝰ· ante me
factus eſt· quia michi prelatus·

¶ Tercio magnificauit xpiſtū de ſublimitate/ cum dixit· Cuius nō
ſum dignus vt ſoluam corrigiā calciamentoꝝ eius· Circa quod du
bium occurrit/ ſi xpiſtus calciamenta portauit· et ſecundum hanc
ſentenciā videt̃ ꝙ ſic· tamen ex altera habet̃· Luce· x· c· ꝙ xpiſtus

apoſtolis ſuis calciamenta portare inhibuit· et ipſe fecit quod docue
it actuū ·i· et Hiero· ad euſtochiū inquit· Diſcipuli abſqꝫ calciamē
torum onere/et vinculis pelliū ad predicacionē noui euangelii deſti
nantur· et milites veſtimentis Jheſu ſorte diuiſis caligas non inue
nerunt/quas tollerent· Jdeo ſecundū Nico· de lira dicendū eſt q̄ Jo
hannes metaphorice locutus eſt/ dicens ſe nō eſſe dignū exhibere
xpriſto eciā minimū ſeruiciū/ſicut ſolent homines aliquando loqui
ad oſtendendū ſuam paruitatē vel alicuiꝰ alterius excellenciā /vel
ſecundū Greg· dicere poſſumus/ q̄ per corrigiā calciamenti incar-
nacionis miſteriū intelligit̄ ait enim · Jncarnatus dominus veniens
quaſi calciatꝰ apparuit qui in diuinitate ſua morticinia noſtre cor-
rupcionis aſſumpſit· Corrigia ergo calciamenti et ligatura miſte-
rii · Johannes ergo ſoluere corrigiā calciamenti eius non valet quia
incarnacionis miſteriū nec ipſe inueſtigare ſufficit /ac ſi paten̄ter di
cat· Quid mirū ſi michi ille p̄latus eſt/quem poſt me quidē natum
conſidero/ſed natiuitatis eius miſteriū non cōprehendo· Hec greg·
Quis itaqꝫ iudeos ptinaciſſimos et formidoloſos non iudicet / qui
poſtquā iohannis teſtimoniū audierunt /xpriſtum querere neglexe
runt/immo ipſū inuentū ſuſcipere noluerunt· Sed non minꝰ immo
multo iniqui exiſtimandi ſūt falſi xpriſtiani/qui xpriſtū expellunt
de cordibus ſuis· Audiunt pphetas/patriarchas/apoſtolos/mar-
tires/cōfeſſores/virgines/doctores/et p̄dicatores/clamantes xp̄m
eſſe ſaluatorē mundi · et eum fugiunt/et malis opibus ipſum perſe
quuntur· O quot ſcelera/quot ip̄ietates/quot facinora mala falſi
xpriſtiani comittunt/rurſū crucifigentes filiū dei/vt dicit apoſtolꝰ
Aperiamus ergo corda noſtra/mundemꝰ illa ab omni inquinamē
to/et ſuſcipiamus dominū Jheſum xpriſtū/qui ſe ipſū tam benigne
nobis cōmunicare voluit apparens in medio hominū /vt omnes eū
cognoſcerent/atqꝫ ab ipſo quererent munꝰ eterne ſalutis/quod no
bis concedat ipſe/qui eſt benedictus in ſecula ſeculorū· Amen·

Feria ſecunda poſt terciā dominicam de aduentu· Sermo de ſatiſ
factione per Criſtum facta·

Fructus ·xv· Jheſus ſatiſfactor·

Medius autem veſtrū ⁊c· ꝓpter grauitatem peccatorū hu
mani generis ſuſcepit Criſtus innocens carnē eterno pa
tri cum ſua penitencia ꝓ omnibus aſſumpta plene ſatiſ-
facturus· Non enī pro ſe ipſo criſtus venit in mundū/⁊
paſſus eſt ſudores/labores/opprobria/vulnera/et duram mortē/ſed
vt paterna iuſticia contra hominū peccata ex condecenti placaret
Nam ita contra peccata mortalia indignat̄ deus vt nullus poſſit ꝓ

ſe ſufficere non ſolum ꝓ peccato primoꝝ parentū/ſed ꝓ quocūqꝫ
peccato ꝓprio ipſius furorē mitigare. Cum itaqꝫ fructū tam vber
rimum omnes guſtamus. ſcꝫ ꝙ iram dei vincere poſſumus ex bene-
ficio incarnati Jheſu. Idcirco in p̄ſenti ſermone de ſatiſfactione p
xpriſtū facta dicturi ſumus. in quo contemplamur xpriſtū ſatiſfac
torem/ꝑ cuius declaracione tres concluſiones erunt notande.

¶ Prima dicitur congruitatis.
Secunda dicit̄ poſſibilitatis.
Tercia dicit̄ copioſitatis.

¶ Qꝫ humanum genus reparari
per ſatiſfactionem congruum
fuit. ¶ Capitulum primū.

P Rima concluſio dicit̄ congruitatis. In qua videndum eſt ꝙ
magis congruū fuit humanū genus reparari per ſatiſfac-
tionem q̄ꝫ per alium modū. Et hoc ſecundū dominum Bon̄.
in tercio di. xx. et maxime ꝓpter tres raciones.

Primo racione diuine iuſticie. Secundo rōne diuine ſapiencie
Tercio racione diuine honorificencie.

¶ Primo racione diuine iuſticie/quia illa via magis ꝯueniens fuit
ad reparacionē humani generis/ in qua ſeruat̄ ordo diuine iuſticie.
Magis autē ſeruatur cum malū punitur q̄ꝫ cum malum relinquit̄
impunitū. ſed cum peccator reparat̄ per ſatiſfactionē malum punit̄
cum ſine ſatiſfactiōe malū relinquit̄ impunitū. ergo magis ſeruat̄
ordo diuine iuſticie in reparacione ꝑ ſatiſfactionem q̄ꝫ ſine ſatiſfac
tione. Hanc racionē tangit Anſelmus in li. cur deus et homo. vbi
ait. ſi peccatū impunitum dimittit̄ ſimiliter ſi habet deus peccanti
et non peccanti. Secundo magis congruū fuit reparacionē pre-
dictam eſſe per ſatiſfactionē racione diuine ſapiēcie. Nam illa via
magis congruit reparacioni humani generis/in qua magis ſerua
tur ordo diuine ſapiencie. Sed ſic eſt ſecundū Aug. Ordinacio pec-
cancium in ſuppliciis ſiue peccati in pena manifeſtat decorē diuine
ſapiencie/ que non patit̄ vniuerſū ex aliqua ſui parte deturpari ſed
cum peccator reuelat̄ per ſatiſfactionē/culpa ſequit̄ ad penā. Cum
ergo ſine ſatiſfactione culpa nō ordinat̄ per penam. ergo reparacio
humani generis prius conuenit diuine ſapiencie per ſatiſfactionē

¶ Tercio racione diuine honorificencie magis congruum fuit ꝛc̄.
Nam illa via magis conuenit reparacioni humani generis/in qua
magis ſeruat̄ honorificencia diuine maieſtatis. Sed peccator cum
peccat per preuaricacionē deum inhonorat. ſi ergo peccatū dimittit̄
ſine ſatiſfactione peccatū relinquit̄ abſqꝫ honoris ablati recōpen-
ſacione. Cum autem ſatiſfactio reddit̄/honor recompenſat̄. ergo in
modo reparandi honorē per ſatiſfactionē magis ſeruat̄ honorificē
cia diuine maieſtatis/quā per alium modū. Sed inſtare poſſumus

multipliciter Et primo ſic. Magis decet deū facere quod magis facit ad oſtenſiōem ſue benignitatis et miſericordie. ſed dimittere peccata omnia abſq̧ aliqua ſatiſſactione pene eſt maioris miſericordie quā exigere ab illis penā/ ſed deus eſt miſericordiſſimus et benigniſſimus adeo vt benignior cogitari non poſſit/ ergo videt̄ ꝙ modus ille reparandi qui eſt abſq̧ ſatiſſactione magis ſibi ꝯuenit ¶ Secundo poſſumus inſtare ꝙ ille modus magis ꝯuenit reparacōni humani generis/ qui magis eſt oſtenſiuus diuine ſufficiencie/ ſed ſi ſic deus humanū genus repararet ꝙ nullā ſatiſſactionē acquireret/ magis appareret. Oſtenderet̄ eñ tunc ꝙ emendarum noſtrarū et bonorum noſtroꝝ non indiget. ergo modus repandi abſq̧ ſatiſfactione magis eſſet ꝯueniens ¶ Tercio poſſumus dicere ꝙ ille modus magis conuenit reparacioni humane nature/ qui magis eſt oſtenſiuꝰ diuine potencie ꝑ eo ꝙ reparacio eſt quedā recreacio. ſed ſi deus abſq̧ omni ſatiſſactione reparaſſet genus humanū ſolo verbo/ ſicut fabricauit mundū maior ibi eſt diuine virtutis oſtenſio. ¶ Quarto poſſumus arguere ꝙ ille modus magis ꝯuenit reparacioni humani generis. in quo homo magis aſtringit̄ ad laudandum et amandū deum. Sed ſi deus culpā habentē reliquiſſet abſq̧ omni ſatiſſactione pene/ eſſet magis laudandus et amandus ab homine quia ab ipſo plura ꝑcepiſſet. ¶ Quinto poſſumꝰ arguere/ quia ille modus magis ꝯuenit reparacioni humani generis/ in quo magis erudit̄ homo ad execucionē diuini mādati et ymitatē dei. ſed homo debet remittere et ꝯdonare aliis culpam et penā. ergo ſi deus homini debuit dare exemplū perfectōnis. videt̄ ꝙ magis decuit reparare genus humanū totum relaxando/ q̄z ſatiſſactionē aliquā exigendo Reſpondet̄ ad obiecta ſecundū dominū Bon̄. vbi ſupra. Ad primū ꝙ vniuerſe vie domini miſericordia et veritas. Cum ipſe ſit ſumme iuſtus et miſericors/ ideo in reparacione generis humani/ q̄ eſt excellentiſſima viarū dei/ congruū eſt/ vt ſimul currat miſericordia cū iuſticia. et ideo decens fuit vt deus ab homine ſatiſſactionē exigeret ꝑ iniuria ſibi facta. Et ſi homo nō poſſet tunc miſericordia diuina ſubueniret dando ei mediatorē qui ꝑ eo ſatiſſaceret. Ad ſecundum dicendū ꝙ ſicut deus exigit a nobis mandatoꝝ ſuoꝝ obſeruanciam/ non ꝓpter ſuam indigenciā ſed ꝓpter ordinacionē noſtrā quia debemus ei tanq̄z domino obedire. ſic et ꝑ peccato exigit emēdam non ꝓpt̄ hoc ꝙ indigeat/ ſed vt reducat nos ad ordinacionē debitam. Ad terciū dicimus ꝙ ſi in omni opere dei ordinatur diuina potencia/ in opere tamen repacionis magis manifeſtat̄ benignitas et miſericordia. et ꝑ ꝯſequens ipſa iuſticia cū miſericordia annexa

ſic in deo eſt vt cum poſſit vno verbo genus humanum reparare/ſtma
luit tamē reparare cum difficultate et penalitate/ꝙ magis oppor
tunum erat ibi miſericordiā quā potenciam. Ad quartum dicit ꝙ
plus nos aſtringit ad honorē et laudem dei hoc ꝙ dedit vnigenitū
filium ſuum q̄ʒ ſi non dediſſet. Ad quintū dicimus ꝙ ſi debeamus
xpriſtū imitari in omnibꝫ ad deum ſpectat querere vindictā ſecun-
dum ꝙ dicit ad Ro. xii. Da michi vindictā et ego retribuā/ et ta
men nobis vindicta ꝓhibita eſt/ vnde doctores/ et omnes concludūt
ꝙ nullomodo iuſticia dei potuiſſet efficacius mitigari/ q̄ʒ per viam
ſatiſfactionis. Et ſic patʒ prima concluſio.

¶ Qꝫ nulla creatura ꝓ̄ter xp̄m potuiſſet ꝓ homine ſatiſfacere. c. ii.

Secunda concluſio dicit̄ poſſibilitatis/ in quo cōſiderare licʒ
poſſibilitatē ſatiſfactionis fiende ꝓ peccato tripliciter.
¶ Primo ex parte angeli.
Secundo ex parte hominis. Tercio ex parte xpriſti.

¶ Primo ex parte angeli. Alexander in tercio dicit/ ꝙ nullus an-
gelus nec omnes ſimul potuerunt hanc ſatiſfactionē reddere. Sed
contra hoc poſſumus arguere/ quia homo cecidit per aliū impellen
tem/ ergo debet releuari per illū eundem/ ſed homo per angelū ceci
dit/ ergo per angelū debet fieri ſatiſfactio. ad hoc dicit Alexander
vt ſupra ꝙ ſatiſfactio per angelū non eſt conueniens neqꝫ poſſibilis
multiplici racione. ¶ Primo racione diuine iuſticie.
Secundo racione ſequele peccati. Tercio racione reſtitucionis.
¶ Primo racōne diuine iuſticie/ que requirit vt qui peccauit ſatiſ-
faciat/ ſed peccauit homo. ergo debet ſatiſfacere homo.

¶ Secundo racione ſequele peccati/ nam reatus peccati originalis
obligat totam humanā naturam/ vt omnes illius generis ſeu natu
re ad damnacionē eternā/ ſed nullus angelus poteſt ſe equare toti
humane nature. Et ſicut dicit Anſelmus. Illud ꝑ quod debet fieri
ſatiſfactio debet eſſe magis q̄ʒ commiſſū oportet ꝙ ille qui habet
ſatiſfacere de peccato originali ſit tantus ꝙ poſſit equari toti huma
ne nature/ et ꝙ eciam plus valeat. ¶ Tercio racione reſtitucionis
Nam ſi homo repararet̄ oportet ꝙ reſtituat̄ ad dignitatē illam/ q̄ʒ
habiturus erat ante peccatū Qꝫ ſi repararet̄ per angelū non poſſet
reſtitui ad illā dignitatē. patet. quoniā ſi non peccaſſet eſſet equa-
lis angelis dei in celis. Et idē nobis ꝓmittitur poſt reparacionem
et reſurrectionē Luce xx. et Mat. xxii. Erunt ſicut angeli dei in ce
lo. Si autē repararet̄ per angelū angelus per ↄſequens eſſet homīs
dominus/ quia vt dicit Anſelmus. Quecunqꝫ alia pſona hominē a
morte redimeret eius ſeruus idem homo recte iudicaret̄. Ad argu

ſentum reſpondet ꝙ idem ordo ſeruatꝰ eſt in lapſu et in reparacōe humani generis/quia ſicut ibi fuerit conſenſus mulieris malo angelo eidē ſuggerente/ ita cauſa reparacionis hominis fuit ꝯſenſus mulieris bono angelo eidē annunciante· Secundo licet conſiderare huiꝰ ſatiſfactōnis poſſibilitatē reſpectu hominis· Sicut em̄ angeli non potuerunt ſatiſfacere de peccato/ita et homines ſiue et aliqua alia creatura·Et ſi dicat̄ ꝙ Augꝰ·dicit/ꝙ iuſticia diuina non plus exigit in pena q̄ȝ commiſſū fuit in culpa·ſi ergo cōmiſſum eſt in culpa a pura creatura·ergo pura creatura debuit ſatiſfacere·Reſpōdet ¶Alex·in tercio·ꝙ quātitas peccati ade debet attendi penes tria·vȝ·

Quantum ad peccantem
¶Quantum ad inordinacionē peccati·
Quantum ad illū in quem peccat̄

citur ſacerdos· Secunda ratio dicitur inſtitutionis· nam ſacerdociū preceſſit legem ſcriptã; quia in teſtamento veteri primus ſacerdos qui iubente domino victimas obtulit fuit Aron ſicut patet gen̄·xiiii· c· demum per ſacerdotium iubente domino regalis poteſtas eſt or dinata· vnde primo Re·c· dixit dominus ad Samuelem ſacerdotem Audi vocem eorum id eſt filiorum iſrahel petencium habere ſuperio rem/ et conſtitues ſuper eos regẽ· inde eſt ꝙ ſpiritualis auctoritas terrenam poteſtatem habet inſtituere vt ſit/ ⁊ iudicare ſi bona non ſit/ quod probatur per apꝯ· pau· dicentem prima cor·vii·c· Neſcitis quoniam angelos iudicabimus quanto magis ſecularia· quod eciam notatur·c·per venerabilem·extra·qui filii ſunt legitimi·ix·q·iii·c· Nemo et in·c·Aliorum· ¶ Tercia ratio dicitur cōditionis· Eſt enim ſacerdotalis dignitas ſpiritualis· et ideo quanto ſpiritus nobilior ē corpore/ tanto ſacerdotalis dignitas eſt nobilior quacunqꝫ dignita te temporali/ ſicut patet de trāſlatione epiſcopi et electi i·c· inter cor poralia et hoc eſt quod notatur·vi·di·c·Duo quidem/ vbi ſic habetur Aurum non tam precioſius plūbo/ q̄ꝫ regia poteſtate ſit ordo ſacer dotalis altior· et eadem di·in·c·Quis dubitet ſic dicitur· Quis dubitet ſacerdotes xpriſti regum ⁊ principum omniumqꝫ fideliū patres et magiſtros cenſeri· Secundo poſſumus probare excellenciam dig nitatis ſacerdotalis auctoritate· Nam Pe·ii· ſue prime epiſtole ſacer dotibus ait· Vos eſtis genus electum/ regale ſacerdotium/ gens ſā cta/ populus acquiſitionis· et eccleſiaſtici·vii·c·dicitur· Honora deū ⁊ honorifica ſacerdotes· ⁊ Iſa·lxi·c·ſcribitur ſic de ſacerdotibꝯ· Vos ſacerdotes domini vocabimini miniſtri dei noſtri dicetur vobis· ⁊ xi· q·iii·in·c·Abſit Antherius papa ait· Abſit vt quicq̄ꝫ ſiniſtrum de his arbitremur qui apoſtolico gradu ſuccedentes xpriſti corpꝯ ſacro ore conficiunt per quos nos xpriſtiani ſumus qui claues regni celo rum habentes ante iudicii diem iudicant· In veteri quidem lege ha betur· Quicunqꝫ ſacerdotibus non obtemperaſſet/ aut extra caſtra poſitus lapidabatur a populo/ aut gladio ceruice ſubiecta contemp tum expiabat cruore· Et hiero·ad ruſticum monachum ſic de ſacer dotibus ſcribit· Non eſt humilitatis mee/ neqꝫ mēſure iudicare de ce teris/ neqꝫ de miniſtris eccleſiarū ſiniſtruꝫ quippiā dicere/ q̄ verba no tantur·vi·q·i·c·Sacerdotes· Teloforus papa ait· Sacerdotes qui pro prio ore corpꝯ dn̄i cōficiūt ab oībus ſūt timēdi/ et obediēdi nō dilace rādi/ aut detrahēdi ⁊·ii·q·iii·c· ſacerdotibꝯ grego·mauritio impato ri ſic ſcribit· Sacerdotibꝯ nō ex terrena poteſtate dominꝯ noſter cicꝯ indignetur ſed excellenti cōſideratione propter eū/ cuiꝯ ſunt ſerui/ ita eis dominetur vt eciam debitam reuerenciam impediat· Nam in di uinis eloquiis ſacerdotes aliquando dii aliquando angeli nuncupā

tur. vnde ꝛ ad Moyſen de eo qui ad iuramentū deducēdꝰ eſt dicit applica iſtum ad deos videlicet ad ſacerdotes. ꝛ rurſuꝫ ſcriptum eſt Diis nō detrahes ſcꝫ ſacerdotibus ꝛ propheta. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcienciam et iuſticiam et legem requirunt ex ore eius: quia angeli domini exercituum eſt. Quid igitur mirū ſi pietas noſtra dignetur eos honorare: quibus in ſuo eloquio honorē tribuens eos aut angelos aut deos eciam ipſe appellat deꝰ hec ille. Tercio poſſumꝰ probare excellenciam ſacerdotalis dignitatis exemplo. Legimꝰ nāqꝫ multos criſtianiſſimos imperatores nō indignatos ſubiacere ſe ſacerdotibus. In quorū numero fuit ille piiſſimꝰ Theodoſius: de quo ſcribitur in hiſtoria tripartita. Hic autem cum audiſſet apud Theſſalonicam ciuitateꝫ quoſdā iudices fuiſſe lapidatos indignatus oēs pariter iuſſit interimi. vbi. vii. millia ſunt occiſi nullo precedente iuditio. Cum vero Mediolanum veniſſet: et ſolempniter in ſacrum voluiſſet intrare templum occurrit ei Ambroſius epiſcopꝰ foris ad ianuas et ſic ingredientem his ſermonibus a ſacris liminibus prohibuit ingreſſu. Neſcis miſer imperator perpetrate a te necis quanta ſit magnitudo. neqꝫ poſt cauſam tanti furoris mens tua moleꝫ preſūptionis agnoſcit: ſed forte recognitionem peccati prohibet poteſtas imperii. decet tamen vt vincat ratio poteſtatem. Quibus igitur oculis aſpicies cōmunis domini templum: quibus calcatis pedibus ſanctū illius pauimentum: quomodo manꝰ extendes: de quibus adhuc ſanguis ſtillat innoxius. Recede recede: ne ſecundo peccato priorem neqᷓciam augere contemnas. Audiens hos ſermones imperator gemenſ et flens ad regalia remeauit: cumqꝫ octo menſes tranſiſſent: propinquauit natiuitatis domini feſtiuitas. Imperator auteꝫ ſatis anguſtiabatur: quem videns Ruffinus tunc magiſter militum ꝛ imperatoris familiariſſimus: cauſam ſue triſticie queſiuit. qua cognita Ruffinꝰ ad Ambroſium perrexit: quem cum ambroſiꝰ vidiſſet: mox ait. Impudenciam canum imitatus es o Ruffine. Ego dico tibi quoniam imperatorem ingredi limina ſacra prohibeo que mox ruffinus imperatori retulit. at imperator in media iam platea pergo iquit: ꝛ iuſtas in facie ſuſcipiam contumelias. Et veniens ad antiſtitē ſupplicabat vt vincula eius ſolueret dicens. Tuum autem eſt docere: meuꝫ autem eſt ſuſcipere. Cui ambroſius iniunxit vt legeꝫ conderet: ne quis ſentenciam mortis poſſet dare animo irato. ſed tranſacto dieruꝫ numero. xxx. qđ et fecit: ſicqꝫ lachrimoſus et dolēs cū hūilitate ad eccleſiā ē introductꝰ ſeruans in omnibꝰ reuerenciā antiſtiti ambroſio. Quid de Conſtantino imperatore dicemus: qui poſt ſuſceptum baptiſma ſacerdotes honorare ſtuduit. Nam de ipſo ſcribit. lxxxxvi. di. c. In ſcriptis. in ſcriptis narrat ꝯſtantinus iperator dixiſſe vere ſi

propriis oculis vidiſſet ſacerdotem dei / aut aliquem eorum qui mo-naſtico habitu circumcincti ſunt peccantem clamidem meam expli-carem / et cooperirem eum / ne ab aliquo videretur. xi. q. prima in. c. ſacerdotibus ſic habetur / vt eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria / quia cum pie memorie Conſtantino principi ſcripto ablate accuſationes cōtra epiſcopos fuiſſent / libellos quidem accuſatiōis accepit / et eos ſcilicet qui accuſati fuerant / epiſcopos conuocans in eorum conſpectu libellos quos acceperat incēdit dicens. Jte et inter vos cauſas veſtras diſpo-nite / quia dignum non eſt / vt nos iudicemus deos. Jn qua ſentēcia ſibi magis ex humilitate / quam illis aliquid preſtitit ex reuerēcia impē-ſa. Ante eum quippe pagani in rep. principes fuerunt / qui verū deū neſcientes deos ligneos et lapideos colebant et tamen eorum ſacer-dotibus magnum honorem tribuebant / et ne multa dicamus / effica-ciſſimū eſt exemplū criſti / de quo Cyprianus carthaginenſis. lxxxx. tercio di. c. Dominus ait ſic. Dominus noſter Jheſus criſtus rex et iudex vſque ad paſſionis horam ſeruauit honorem pontificibus et ſacerdotibus. Nam cum leproſum mundaſſet / dixit ei. vade oſtende te ſacerdotibus. Sacerdotem adhuc appellans quem ſciebat eſſe ſa-crilegum. Jtem cum ſubditus paſſionis alapam accepiſſet nihil cō-tumelioſe locutus eſt in perſonam pōtificis. Ex quibus omnibus cla-re deprehenditur pamplisſimam eſſe ſacerdotalem dignitatem / cui non debent criſtiani eſſe infeſti. quoniam vt dicit. ii. q. prima. c. Nul-li dominum crucifigunt qui eum in ſuis ſacerdotibus perſequuntur / ſic faciebant antiqui tyranni et inimici criſti / quos tamē diuina ma-nus impunes non permiſit abire.

SEcundum priuilegium beati Silueſtri dicitur ſacerdotalis ſub-limitas quia fuit ipſe non tantum ſacerdos / ſed eciam mag-nus. Nam mortuo epiſcopo melchiade epiſcopo vrbis rome Silueſter / ab omni plebe in ſūmum pontificem eſt electus. vbi ſciē-dū eſt quod in nouo teſtamēto xps inſtituit triplicē gradum ſacerdotis. Primus eſt inferiorum. Secundus eſt epiſcoporum. Tercius eſt pontificū maiorum. Primus gradus ſacerdotis conſtitutus a criſto eſt gradus ſacerdotum inferiorum. Nā habuit dominus. lxx. duos diſcipulos quibus ſuccedunt preſpiteri qui ſunt maiores in au-xilium operis / vt notatur. lxxxxv. di. c. Olim.

Secundus gradus eſt epiſcoporum qui ſacerdote maiores reſpectu aliorum inferiorum dici poſſunt. hi locum. xii. apoſtolorum tenent in eccleſia ſic patet. lxviii. di. i. c. Quorū vices et. xii. q. i. in. c. v. detes. Tercius gradus eſt pontificū maiorum. Nā dominus ſuper alios elegit Petrū in ſūmū ſacerdotē / ſicut notatur di. xix. i. c. Jta dominus et. xxi. di. in. c. Jn nouo teſtamēto et habetur in eadem di. c. Cleros vbi eciā di

titur ꝙ talis gradus ſeruatus eſt in veteri lege·vbi Aaron ſummꝰ
ſacerdos fuiſſe traditur/et filii eius ſacerdotes minores fuerunt.
Talis eciam diſcretio a gentilibus maxīe introducta eſt/quia ſuos
ſacerdotes flāmes a filo quod portabant in capite alios ſimpliciter
flāmes/alios archi flāmes ap̄pellabant/quante autem preeminen-
cie ſit maximi pontificatus gradus oſtendit Agatho papa·xix·di·
in·c·Sic omnis·vbi ſic dicit·Omnis apoſtolice ſedis ſanctiones acci
piende ſunt tanq̄ȝ ipſius diuina voce Petri affirmāte. Quiſquis ca
tholice ad papalem celſitudineȝ ſublimatur/ipſe eſt Petri ſucceſſor
ipſe vicarius criſti/ipſe eſt/cui totus mundus deuote eſt ſubiectus
⁊ licet ſit magna poteſtas imperialis longe tameȝ nobilior eſt facul
tas pontificalis. ⁊ ideo ſcribitur de maioritate ⁊ obediencia in·c. ſo
lite·Fecit deus duo magna luminaria in firmamento celi/luminare
maius/vt preeſſet diei/et luminare minꝰ vt preeſſet nocti/ vtrum
qȝ magnū. ſed alterum maius·Ad firmamentum igitur celi/hoc ē
vniuerſalis eccleſia fecit deus duo magna luminaria·i· duas inſtitu
it dignitates/que ſunt pōtificalis dignitas et regalis poteſtas ſed
illa que preeſt diebꝰ·i·ſpūalibꝰ maior eſt. que vero carnalibus minor
vt quanta eſt inter ſolem ⁊ lunā/tanta eſt inter pontifices ⁊ reges
differencia cognoſcatur hec ille. Multa adduci poſſunt ad ꝓbanduȝ
ea que dicimus que cauſa breuitatis omittimus concludētes ſūmuȝ
pontificem excellere dignitate ac auctoritate quoſcūqȝ ſiue tempo-
rali ſiue in ſpirituali ſtatu exaltatos et honoratos.

TErcium priuilegium beati Silueſtri dicitur ſacertalis ſan-
ctitas quia diebus ſuis placuit deo tota vita ſanctorum eſt
dies·vnde prima ad theſalo·apoſtolus ait·Omnes vos filii
lucis eſtis. Tria nāqȝ dū eſſet pōtifex/vt placeret deo exercere vo
luit beatus Silueſter·

¶Primo paſcere populū exēplo. ¶Secūdo paſcere populū verbo.
Tertio paſcere populū tēpali ſubſidio ¶Primo voluit paſcere popu-
lum exemplo·Nam adeo fide et moribus reſplendebat/ vt non ſoluȝ
a criſtianis/ verum eciaȝ a paganis miro diligebatur affectu· ¶Se
cundo voluit paſcere populum verbo/qꝛ ſepius vultu angelico cri
ſtum filium dei p̄dicabat criſtianos confortabat vt in fide ſtabiles ꝑ
manerent/⁊ Conſtantinū de fidei ſacramentis plene docuit ⁊ inſtru
xit·Vt enim dicitur in eius legenda/perſequente ipſo Conſtantino
criſtianos exiuit Silueſter de vrbe/ac in quodam monte cū ſuis cle
ricis manſit·cum Conſtantinus in mirabilem lepram incidiſſet/ad
conſilium pontificum ydolorum adducta erant tria milia puerorum
vt eos occidi faceret/et ſe i eorū ſanguīe recenti ⁊ calido balnearet
egrediente eo ad locum vbi balneuȝ preparari debebat/matres pue

roꝛum obuiabant/ miſerabiliterqꝫ lacrimis vlulabant· Conſtātin9
iuſſit ſtare currū/ et erigens dixit· Audite me omnes qui ſtatis hic
Dignitas imperii Romani de fonte naſcitur pietatis/ que hanc eciā
legem dedit vt capitali ſentencia ſubderetur quicumqꝫ in bello ali-
quem occidiſſet infantem/ quāta ergo erit crudelitas vt hoc noſtris
faciamus filiis/ quod nos pꝛohibuimus alienis· Meli9 eſt ergo mo
ri ſalua vita innocentum/ q̄ꝫ per eoꝛum interitum vitam recuperare
crudelem· Juſſit ergo vt matribus ſuis pueri ⁊ dona plurima pꝛebe
rentur· Sequenti vero nocte Petrus et Paulus apparuerunt ei di-
centes· Quoniaꝫ exhoꝛruiſti ſanguinis ꝯfuſionem/ miſit nos domi
nus Jheſus xpꝛiſtus dare tibi recuperande ſanitatis conſilium· Sil
ueſtrum ergo epiſcopum qui apud montem ſirapti latitat accerſire
Hic tibi piſcinam oſtendet/ in qua imerſus ter ab omni curaberis
lepꝛe moꝛbo· Euigilās ſtatim Conſtantin9 miſit milites ad ſilueſtrū
quos videns ad palmam martirii credidit ſe vocari· Preſentat9 tā
dem Conſtantino audiuit per oꝛdinem ſui ſomnii viſionem percun-
ctanti Conſtantino ꝙ eſſent qui ſibi apparuerūt duo dii· Rn̄dit Sil-
ueſter eſſe xpꝛiſti apoſtolos ⁊ non deos/ quoꝛum ymagines offerri
fecit Silueſter· et imperatoꝛ tales eſſe qui ſibi apparuerūt exclama
uit· Silueſter autem eum cathacuminum fecit/ et vnius ebdomade
ieiunium indixit ſibi ⁊ carceres aperiri monuit· Cumqꝫ in aquaꝫ de
ſcendiſſet baptiſmatis/ ibi admirabilis ſplendoꝛ emicuit/ ſicqꝫ mun
dus exiuit/ et xpꝛiſtum vidiſſe ſe aſſeruit· Ipſa auteꝫ die ſui baptiſ
matis multa ad ampliationem cultus Chriſti ſtatuit ⁊ oꝛdinauit·
¶ Tertio voluit beatus Silueſter paſcere populuꝫ tempoꝛali ſubſidio
Scribitur namqꝫ in ſua legenda ꝙ omnium oꝛphanoꝛum viduaruꝫ
⁊ pauperum nomina in ſcriptis habebat/ ⁊ omnibus neceſſaria pꝛo
uidebat· Fecit eciam multa ſigna viuens qui mundum ſpꝛeuerat cuꝫ
omnibus ſuis concupiſcenciis· vnde et in fine obdoꝛmiuit in domio
cuius exemplo animentur ſacerdotes/ vt ſicut illi confoꝛmes ſunt
in dignitate/ ita eum ſtudeant ſequi in vite ſanctitate/ ⁊ tanto ma
gis omnes obligātur deo ad ratione͞ reddēdaꝫ qui ab ipſo plura do
na ſuſcipiunt/ qui ideo multo plura contulit beneficia/ vt ei ſeruien
tes magis exaltentur in regno celoꝛū ī quo viuit et regnat amen·

¶ In circumciſione domini· Sermo de eadem·

Fructus· xxvii· Jheſus eſt circumciſus·

POſtqꝫ ꝯſūmati ſunt dies octo vt circūcideretur puer· Scri
bunt͞ hec verba Luce ii· in euāgelio hodierno· Ardēs
amoꝛ Jheſu xpi ipſi9 mentē pulſare cepit ī etate tenella
⁊ īfātili vt hūano generi paſſiōis ſue bn̄ficia īciperet diſ
pēſare· Octaua nāqꝫ die ſanguinē ſuū fudit ī circūciſione apparēs

velut peccator circumciſionis legi ſubiectus; cum tamen mundus
fuerit ab omni ſorde; et quia pium eſt contemplare; qualiter pueru
lus ille lacrimis circumcidebatur idcirco in preſenti ſermone de ipꝰ
circumciſione dicturi ſumus ꝓponentes fructum. Iheſus eſt circum
ciſus. Ad cuius explanationem tres concluſiones notabimus.
¶ Prima dicit̄ inſtitucionis. ¶ Secunda dicit̄ obſeruationis.
Tercia dicitur ceſſationis. ¶ Quod ſacramentum circumciſiōis
conuenienter fuit inſtitutum. c. i.

PRima concluſio dicitur inſtitutionis. in qua dicimus circum
ciſionis ſacramentum conuenienter fuiſſe inſtitutum; quia
deus illud inſtituit; ſicut ptꝫ gen̄. xvii. vbi ſic habetur. Circū
cidetur ex vobis omne maſculinum. et circumcidetis carnem prepu
cii veſtri; vt in ſignum ſit federis inter me et vos. Infans. viii. die=
rum circumcidet̄ ex vobis. Huius autem īſtitutionis ↄueniēcia tri
plex aſſignat̄ a Ri. in. iiii. di. i. ¶ Prima eſt ratione morbi.
Secūda eſt ratione temporis. ¶ Tercia eſt ratione perſone.
¶ Prima conueniencia eſt ratione morbi; contra quem circumciſio
fuit inſtituta; qui erat peccatum originale; quod expreſſē repreſen=
tabat circumciſio; et quantum ad cauſam ⁊ quantum ad proceſſuꝫ
⁊ quantum ad effectum. Contrahitur enim peccatum originale per
pagationem libidinoſam; quam cauſam circumciſio repreſētabat ra
tione morbi; in quo fiebat; quod deſeruit virtuti generatiue. proce
ſus autem fuit circularis quia vt dicit Anſhelmus; primo perſona
corrumpit naturam; deinde natura perſonam; quem proceſſum re=
preſentabat circumciſio per circularem pellicule inciſioneꝫ. Effectꝰ
vero eſt ſuperabundancia concupiſcencie quem repreſētabat ſuper=
fluitas pellis ab iſto membro ſeparabatur ideo non tantum cauſaꝫ
et proceſſus et effectus originalis peccati; ſed etiam deletio per cir=
cumciſionem ſignificabatur. ¶ Secunda ↄueniencia fuit ratione tē
poris in quo inſtituta fuit circumciſio. Erat enim quedam diſpoſitō
ad ſuſcipiendum legem; et ad diſtinguenduꝫ populū cui danda erat
lex ab aliis populis; et ideo anteq̄ꝫ lex daretur debet inſtitui. Fuit etī
inſtituta circumciſio ad ſignificandum populum qui eſſet deo pecu=
liaris; et ſui cultus mancipandus. ¶ Tercia conueniencia dicit̄ ra
tione perſone; cui data fuit; qui fuit Abraam de quo dicitur geneſiſ
xvii. Tulit autem Abraam Iſmaelem filium ſuuꝫ ⁊ omnes verna
culos domus ſue; vniuerſoſqꝫ quos emerat cunctos mares ex om
nibus vilis domus ſue; et circumcidit carnem prepucii ſui; et Iſma
el filiꝰ eius. xiii annos impleuerat tempus circumciſionis ſue eadeꝫ
die circumciſus eſt Abraam et Iſmael filiꝰ eiꝰ; et omnes viri domꝰ
illius tam vernaculi; q̄ꝫ enticii et alienigene pariter circumciſi ſūt.

Ipſe equidem Abraam poſt diluuium ſpiritualius ſe diuino cultui
mancipauit. vnde exiuit de terra ſua/ et de cognacione/ vt ſe ab infi
delibus ſepararetur. vt habetur geñ. xii. c. a quo erat deſcenſurus
qui populus legem ſcriptam erat ſuſcepturus/ et de cuiꝰ genere na
ſciturus erat ſanctus ſanctorum. et hoc eſt quod dicit apoſtolus Ro.
iiii. Signū accepit circumciſionis ſignaculum iuſticie fidei/ que eſt i
prepucio. vt ſit pater omnium credencium/ huic dixerat deus geñ.
xii. c. Faciam te in gentem magnam et benedicam tibi/ et magnifi
cabo nomen tuum/ eriſqꝫ benedictus. Benedicam benedicentibus ti
bi/ ⁊ maledicam maledicentibus tibi/ atqꝫ benedicent vniuerſe cog
naciones terre de cuius ꝓmiſſionibus a deo ſibi factis plenius ſuo
loco dicemus. nunc vero hoc tantum concludere ſufficiat ꝙ circum
ciſionis mandatum Abrahe deus dedit quia erat fideliſſimus/ ami
ciſſimus ⁊ obedientiſſimus ſicut patet legentibus ſacraꝝ ſcripturā.
Quod obſeruatus eſt debitꝰ ordo in inſtrumento circūciſiōis. c. ii.
Secunda concluſio dicitur obſeruationis. Obſeruatꝰ etenim
eſt debitus ordo in huius ſacramenti diſpenſatione/ quia fie
bat cum debito inſtrumēto ſcꝫ cū cultello paterno. vnde Jo
ſue. v. c. ait. Fac tibi cultros lapideos et circūcide filios iſrahel. vbi
dicit. Ricardus ꝙ hoc non erat neceſſarium niſi in caſu ſpeciali. Et
ſecundum hugonem li. i. de ſacramentis parte. xii. c. ii. Cultellꝰ de
petra factus ſignificat criſtū. de quo dicit apoſtolus. i. cor. x. Petra
erat criſtus propter quem ab electis omnis erat abſcindenda corrup
tio. Fiebat inſuper circumciſio octaua die/ vt patet ex dictis in pria
concluſione. Et ſi dicatur. hoc non eſt verum/ quia habetur Joſue. v.
Populus qui natus eſt in deſerto/ hic per quadraginta annos in iti
nere latiſſime ſolitudinis incircumciſus fuit/ et poſtea circumciſi fūt
a Joſue in galgala/ et iſta dilatio circumciſionis non ſecundum le
gem eis fuiſſe imputata in peccatum. Reſpondet Ric. ex glo. augu.
ꝙ cum illis fuit diſpenſatum inſpiracione diuina triplici de cauſa/ vt
non tenerentur circumcidi in deſerto ſcꝫ vt habetur numerorum. ix.
quando nubes eleuabantur de tabernaculo debebant proficiſci/ ⁊ ꝗ
non preſciebant facturam eleuacionem nubis/ ⁊ nō potuiſſent ſine
nimio grauamine proficiſci quando de nouo eſſēt circūciſi ideo diſpē
ſatum fuit cum eis/ vt non tenerentur circumcidi in deſerto/ et eciam
quia dū erant in deſerto/ in quo non alii habitabant cū eis erant ſuf
ficienter diſtincti ab aliis populis. Quare autē circūciſio fiebat octa
ua die triplex rō aſſignari poteſt.
Prima ratio eſt ſecundum intellectum tropologicum. Secun
da ratio eſt ſecundum intellectum analogicum. Tercia ratio eſt
ſecundum intellectum hiſtoricum. Prima ratio eſt ſecundum in-

tellectum tropologicum/ et eſt iſta vt octo dies accipiātur pro octo
que requiruntur ad circumciſionem ſpiritualem.
Primum eſt peccati cognitio. Secundum eſt ꝓpoſitum diſcernen
di malum. ⁊ faciendi bonum. ¶ Tercium eſt pudor de peccato.
Quartū eſt timor de futuro iudicio. ¶ Quintum eſt contritio.
¶ Sextum eſt confeſſio. ¶ Septimum eſt ſpes venie.
Octauum eſt ſatiſfactio.
In q̄bus omnibus velut in octo diebus peccator iuſtificatur.
¶ Secūda ratio eſt ſcd̄m intellectū analogicū/ quam tangit hugo
li. i. de ſacramētis. c. ii. dicens. Octenarius i ſacra ſcriptura aliquā
do tempus reſerat oīms ſignificat/ quod poſt preſentem ſeptem die
bus currit vitā ſequitur aliquando tempus gracie i qua quaſi poſt
ſabbatum legis eterna bona deo ſeruientibus promittuntur. merito
ergo circumciſio iuſſa eſt fieri octaua die vt oſtenderetur ꝙ in tem-
pore gracie corda circumcidenda erant per emundationē iniquitatis
⁊ in tempore reſurrectionis corpora per diſpoſitionem corruptionis
Tercia ratio eſt ſecundum intellectum hiſtoricum/ ſeu litteralem.
Nam ſicut dicit rab. Moyſes maximus philoſophus et theologus
iudeus puer in ſeptem diebus tante teneritudinis eſt/ quante eſt ad
huc in vtero matris. In octaua autem die fortificatur ⁊ ſolidatur/
⁊ ideo noluit deus ante octauum diem circumcidi/ ne ob nimiam te
neritudinem nimium lederentur/ et ne parentes/ quorum amor per p-
ceſſum temporis creſcit ad filios ſubtraherent filios a circumciſiōe
noluit ꝙ vltra octauum diem differretur. Sed circa hoc ↄtingit du
bitare q2 vt dicit hugo de ſacramentis vbi ſupra. ꝙ alii qui ante diē
octauum decedebant ſaluabantur in fide parentum qui ante octauā
diem non debebant circumcidi. Et magiſter ſentenciarum contrariū
videtur ſentire di. i. quarti. vbi dicit ꝙ neceſſitate mortis añ octauā
diem circumcidebant. Ad quorum concordiam dicit Ric. ꝙ circum-
ciſio q̄ fiebat ex neceſſitate mortis ante octauā diē ſolum habebat
effectum/ ⁊ tamen ſi non fiebat propter timorem ne acceleret̄ mors
pueri/ puer ſaluabatur in fide parentum. vnde dicit Ric. ꝙ nō eſt cō
ſenciendum magiſtro ꝙ tales peribant ſicut paruuli/ qui modo mo-
riuntur ante baptiſmum. Noluit enim deus puerum obligari ad cir
cumciſionem ante octauam diem. Si autem queratur quare mulie-
res non circumcidebant̄/ aſſignari poſſunt plures rationes. ¶ Pria
ratio eſt. Alex. de hal' in quarto volumine ſūme ſue ⁊ Ric. in tecla
ratione littere ſcʒ quia corrupcio nature per quam peccatuʒ origina-
le contrahit̄ principaliꝯ fuit a viro q̄ʒ a muliere. Nā ſi adam nō pec
caſſet poſtq̄ʒ Eua peccauerit/ peccatum originale ꝑles eius non con
traxiſſet. Secunda ratio eſt eorundem. quia mulieri membrum ge

neratiue deſeruiens non eſt aptum circūciſioni/ ſicut virile membrū
¶ Tercia ratio ſecundum eoſdeʒ eſt ꝙ circūciſio data fuit in ſignū
diſtinctiuuʒ. et quia vir eſt caput mulieris/ vt dicitur prima cor. ix.
ideo ſufficiebat ad populi fidelis diſtinctionem ſignaculum datū vi
ris. Hugo vero de ſacramentis li. i. pte. xii. aliam aſſignat rationē
dicens ꝙ in ſacra ſcriptura per maſculum ſexum animam/ per mu
liebre vero carnem ſignificare ſolet/ vt oſtenderetur ꝙ illa exterior
circumciſio animabus ſanctificationem contulit/ ſed carni nō abſtu
lit corruptionem.

¶ Quod conuenieter multis rationibus ceſſare debuit circumciſio
capitulo tercio.

Tercia concluſio dicitur ceſſationis vbi de ceſſatione circum
ciſionis inquirere debemus et conſiderare ꝑ maxime tria.
Primum rationis euidencia. ¶ Secunduʒ temporis circum
ſtancia. ¶ Terciū digna obſeruācia. ¶ Primum conſideranduʒ di-
citur rationis euidēcia ſcʒ quare ratione circūciſio debuit ceſſare ſe
cunduʒ illud apo. ad galla. v. Si circūcidimini/ xpriſtus vobis nihil
proderit. et ad hoc rn̄det Alex. de hal. in quarto volumine ſumme
⁊ Ric. vt ſupra. quia ſicut apo. pria cor. xiii. Cum venerit ꝙ perfec-
tum eſt euacuabitur quod ex parte eſt. Sed baptiſmuʒ eſt perfectior
medicina q̄ʒ circumciſio ⁊ quantum ad ſignificationem/ et quantuʒ
ad glorie collationem/ et eciam quantum ad ampliorem ſui oſtenſio
nem. Significat enim ſanatorem morbi expreſſius et confert graciā
abundantiꝯ/ et eciam quia ē ſacramentū ꝯmune/ quia ſibi nō appro
priat nec ſexum nec gentem. vnde ad galla. iii. apo. ait. Quicumqꝫ
in xpriſto baptizati eſtis/ xpriſtum induiſtis. nō eſt iudeus nec gre
cus. non eſt ſeruus nec liber. nō eſt maſculꝯ nec femina/ omnes vos
vnum eſtis in xpriſto/ ideo non eſt amplius circumciſio conueniens
nec neceſſaria.

¶ Secundum conſiderandum dicitur temporis circumſtancia. Naʒ
vt dicit Ricar. legalia habuerunt virtutem ſuam/ et ſeruari debue-
runt vſqꝫ ad paſſionem xpriſti/ ſed in paſſione xpriſti vim ſuam ai-
ſerunt. Cui atteſtatur quod dicit ſaluator Jo. xix. Conſūmatum eſt
tamen poſt paſſionem ante tempus diuulgati euagelii licitum fuit
illis qui de iudeis conuertebantur ad fidem ſeruare legalia/ nō ſpeʒ
ponendo in eis/ ſed ad euitandum ſcandalum ⁊ vt lex deduceretur
ad tumuluʒ cum honore/ ne quaſi ac ſi ſemper mala videretur repu
diare. Poſt tempus vero diuulgati euangelii nulli fuit licitum ſer
uate illa legalia. Hinc eſt quod pau. vt habetur actuum. vi. circū
cidit Thimotheum quia nondum erat diuulgatum euangelium/ ⁊
ne iudeum ſcādalizaret/ et quia Thimotheus erat de matre iudea

Titus vero quia ſimpliciter erat gentilis: circumcidere noluit / vt in circumciſione Thimothei oſtenderet ſacramenta legalia non debere damnari: et in hoc quia Titum circumcidere noluit vt oſtenderet ea non eſſe neceſſaria.

Tercium conſiderandum dicitur digna obſeruācia. Voluit enim dominus noſter Jheſus xpriſtus dignam circumciſionis legem obſeruare: quod conuenienter factum oſtendit Alex. in quarto propter ſex cauſas. Prima cauſa eſt. vt oſtenderet ſe eſſe filium Abrae: cui data eſt circumciſio / et cui predictum erat geñ. xxii. Benedicetur in ſemine tuo omnes gentes. Semen autem iſtud eſt xpriſtus. vt dicitur ad galla. iiii. vnde cum tota poſterioritas Abrae circumcideretur / non crederetur criſtus eſſe filius Abrae: nec ille i quo implende erant promiſſiones: niſi fuiſſet circumciſus. Secunda cauſa fuit vt per ſubiectionem ſuam non a ſeruitute legis abſolueret. Tercia cauſa quia noluit ſoluere legem ſed ad implere et terminare. Quarta cauſa fuit vt ſe oſtenderet principiū et cauſam ſatiſfactionis que fiebat per tria remedia contra peccatum ſcilicet per ſacrificia a tempore abel vſque ad abraam. per circumciſionem ab Abraam vſque ad xpriſtū a xpriſto per baptiſmū in nouo teſtamento. vnde decuit xpriſtū eſſe baptizatum et circumciſum et oblatum. Quinta cauſa fuit vt eſſet frater iudeorum vt oſtēderet ſe eſſe illum de quo Moyſes dixit Prophetam ſuſcitabit vobis deus de fratribus veſtris ipſum audite deutero no. xviii. Sexta cauſa fuit vt iudei occaſionem haberēt ipm non recipiendi: niſi eſſet circumciſus. Vide ergo o rationalis creatura quanta fuit hodie humilitas incarnati filii dei. Intuere quāta ſit caritas eius qui non propter ſe ſed propter te voluit circumcidi. Cōtemplare qualiter hodie innocens ſanguinem cepit effūdere. Inſpice quando accipitur ex manibus matris / vt ducatur ad circumciſionem. Audi matrem dicētem Joſeph: qui forte eum portabat. Sit tibi cōmiſſus filius meus paruulus / vt quanto leuius fieri poſſit circumcidatur. O virgo ſanctiſſima et de filio tuo tenera quid facies quando filium tuum videbis a planta pedis vſque ad caput totaliter vulneratum ſanguine irrigatum. Remanet in tuguriolo mater expectans filium circumciſūm. O anima fidelis compatere dilecto tuo quando circumcidebatur / plorabat / flebat lacrimabatur clamabat dicens. a. a. a. quaſi anima mea propter tua peccata hanc penam ſuſtineo / propter tua peccata ſanguinem fundo o anima / ſed multo maiora pro te facere ſum paratus quia amore tuo langueo / amore tuo vulnerari et crucifigi concupiſco. Sed tempus expecto conueniens et idoneum. Reportatur filius matri quem plangentem pre dolore ipſa ſtringit ad pectus / conſolatur eum blanditiis virgo pyiſſima / et lacte paſcit

virgineo ei tamen dicere poterat ⁊ nõ ſine lacrimis. O ſacratiſſime
fili/ in quo nullum reperietur peccatū/ hodie propter peccatores tã-
q̃ȝ peccator es vulneratus/ hodie de tuo corpore cum dolore ſanguis
effluxit. hodie violentam penam ꝑ hominib9 ſubire cepiſti. o fili mi
delicate. et huiuſmodi verbis dilectum Jheſum oſculando alloque-
batur. Nos vero matrem cum filio veneremur/ ipſamq̧ matrē de-
precemur humiliter ut dignetur filium ſuū nobis ꝓpicium facere ꝑ
meritum ſue circumciſionis/ qui eſt benedictus in ſecula Amen.

In feſto epiphanie ſermo de eadem.

Fructus. xxviii. Jheſum adorant reges.

Vidimus ſtellam eius in oriente/ ⁊ venimus adorare eū
Scribuntur hec verba Mat. xx. c. ⁊ in euangelio preſen
tis ſolemnitatis. Ne putarent homines criſtū non eſſe
deum/ huius natiuitas a paſtoribus tanq̃ȝ a ſimplicib9
fuerat reuelata/ aduocati fūt reges ⁊ ſapiētes premoniti miraculo
nouo ſtelle apparentis/ qui criſtū natū i hieruſalē querunt adorare
ipſumq̧ ibi non inuenientes non deſiſterūt accepto ꝓpoſito exeuntes
hieroſolimam ſtelle ducatum ſecuti ſunt/ que illos ad preſepiū du
xit/ vbi criſtum videntes pannorum vilium paupertate concluſū tã
q̃ȝ deum ꝑ hominum ſalute incarnatum ſunt venerati. Hoc nobis ſa
cramentum pie contemplandū ꝓponit hodie ſancta mater eccleſia
vbi ⁊ nos ſtudia noſtra debem9 apponere/ vt ſimul cum his regib9
criſtum inueniamus dicentes cum ipſis. Vidimus ſtellam eius i ori
ente. i. ſpūs ſancti graciam/ qua illuſtrati ſumus per patriarcharū
oracula/ per ꝓphetarum teſtimonia/ ac per ſanctorum omniū docu
menta/ vt cognoſcamus criſtum filium dei affectuoſa mēte a nobis
fore colendum/ ⁊ venimus adorare eū. in quibus verbis fructus oc
currit declarandus/ qui eſt Jheſum adorant reges. Pro cuius intel-
ligencia de his rebus tria miſteria conſiderabimus.

Primum dicitur illuminatio. Secundum dicitur affectio.
Terciū dicitur deuotio. Quod magi illuminati fuerunt
apparitione ſtelle. c. i.

Primum miſterium contemplandum dicitur illuminatio. de
quo fit mentio in euangelio/ ꝙ magi iſti fuerunt illuminati
vt crederent in criſtū apparēte eis ſtella miraculi/ vbi tres
concluſiones ſunt notande.

Prima dicitur nominationis. Secunda dicitur apparitionis.
Tercia dicitur conditionis. Prima concluſio dicitur nomina
tionis. Jſti enī reges nominātur magi. i. malefici. vnde exodi. viii.
malefici Pharaonis dicunt̃ magi. Dicit enī Criſoſtom9 iſtos fuiſſe
maleficos/ ſed poſtea conuerſos/ quibus dominus voluit natiuitatē

ſuam reuelare/ vel dicuntur magi quaſi illuſores/ quia herodem il
luſerunt Rabanus vero dicit magi ſunt qui de ſingulis rebus philo
ſophantur. vnde magus idem eſt quod ſapiens. Nam perſe magus
hebraice ſcriba. grece philoſophus. latine vero ſapiens dicitur. vnde
et magi quaſi ſapiencia magni. De his ſic dicit Remigius. Sciendū
eſt autem ꝙ varia eſt de magis opinio. Quidā eniꝫ dicunt eos fuiſ
ſe caldeos/ ⁊ caldei pro deo ſtellam colebant/ et idcirco dixerunt ꝙ
nuncupatio eorum deorum oſtenderit verum deum natū. Alii dicūt
perſas eos fuiſſe. Nonnulli dicūt illos de vltimis finibꝰ terre fuiſ-
ſe. alii vero aſſerunt eos fuiſſe nepotes Balaam quod magis eſt cre
dendū. Balaā enim inter cetera que ꝓphetauit dicit numeri. xxiiii.
Orietur ſtella ex Jacob et exurget homo de Jſrahel. Jlli vero hanc
ꝓpheciam mox vt viderunt ſtellam nouam intellexerunt regeꝫ natū
⁊ venerunt hec Remigius.

¶Secunda concluſio dicitur apparitionis. ſecundum enim ꝙ dicit Cri
ſoſtimus ſup Mat. quidam ſecretoruꝫ inſpectores de genere Balaā
elegerunt de ſeipſis duodeciꝫ. ⁊ ſi quis moriebatur/ filius eius/ aut
aliquis ꝓpinquorum in eius loco ſubſtituebatur/ vt per ſingulos an
nos certo tempore ſuper montem victorialem aſcendebant/ vbi tri-
bus diebus orabant deum/ vt eis ſtellam illam quam Balaam pre
dixerat oſtenderet. Quadam vice dum ſic ibi manerent tres reges/
ſtella quedam ad eos ſup montem venit/ que habebat formam pul
cherrimi pueri/ ſup cuius caput crux ſplendebat/ que magis allocu
ta eſt dicens. Jte velocius in terram iuda/ et regem quem queritis
natum inuenietis.

¶Tercia concluſio dicitur conditionis. Fuere namqꝫ ſecundum Remi
gium multi qui dixerunt ſtellam illam ſpiritum ſanctū fuiſſe/ quia
ſicut diſcipulis in flāma ignis apparuit/ ita et his regibus in ſpecie
ſtelle. Alii autem dixerunt fuiſſe angelum Sed vera doctorum opi
nio eſt ꝙ fuit ſtella realiter de nouo creata/ vnde glo. ſup illo ver-
bo. Vidimus ſtellam eius dicit ꝓpriam/ quia hanc creauit ad oſten-
ſionem. Dicunt tamen ſancti ꝙ hec ſtella ab aliis differebat in mul
tis. Prima differencia erat/ quia ſecunduꝫ glo. ſup Mat. differebat
in origine/ quia alie facte ſunt in mūdi principio/ hec vero de nouo
creata eſt. Secunda differencia eſt quia differebat ī offitio/ quia alie
ſtelle facte ſunt vt ſint in ſigna tempori/ hec autem vt magis viaꝫ
preberet. Tercia differencia erat/ quia differebat in duratione/ ꝙ
alie ſtelle ſunt perpetue/ hec autem completo officio ſuo rediit in p̄
iacentem materiam. Quarta differencia erat/ quia ſecundum fulgē
cium differebat in ſitu quia non erat localiter ſita in firmamento/ ſꝫ
pendebat in meditullio aeris ꝓxima terre. Quinta differēcia erat/ ꝙ

differebat in fulgore/ quia ceteris erat ſplendidior/ et in meridie ſplē-
gidiſſima apparebat/ nec ſplendorem eius ſplēdor ſolis poterat occu-
tare. Sexta differencia erat/ quia differebat in motu/ quia precede-
bat magos motu viatoris. Non eniȝ mouebatur motu circulari/ ſed
quaſi motu progreſſiuo. Septima differēcia erat/ quia differebat ſe
cundum Criſoſtimum in occultatione et apparitione/ quia aliquādo
apparebat/ aliquando occultabatur. ¶ Cum eniȝ intrauerunt hiero-
ſolimam occultauit ſeipſā. Deinde vbi herodem reliquerunt ſeipſā
monſtrauit. vnde concludit Criſoſtimus. Videtur hec ſtella virtus in
uiſibilis fuiſſe in talem apparenciaȝ formata. Sed dubium in mentē
venit/ propter ea que dicta ſunt quomodo iſti criſtum deum natum in
ſtelle apparitione intellexerunt. Et dicit leo papa in ſermone de epi
phania. Preter illam ſtelle ſpeciem/ que corporeuȝ incitauit obtutū
fulgencior veritatis radius eorum corda perdocuit. Auguſtinus ve
ro in libro de queſtionibus noui et veteris teſtamenti concordare vi
detur cum ſentencia Criſoſtimi ſuperius allegata. Ait enim ſic Iu-
deorum natum regem intellexerunt cum ſtella iudaice temporalis
rex ſoleat deſignari. Hi enim Magi caldei non maliuolenciaȝ aſtro
rum curſum/ ſed rerum curioſitate ſpeculabantur. In ſermone vero
de epiphania ait. Dicturus es a quibus audierunt quod talis ſtella cri
ſtum natum ſignificaret. Profecto ab angelis aliqua admonitione
reuelationis. Queris fortaſſe an ab angelis bonis an malis criſtum
quidem et angeli mali hoc eſt demones filium dei eſſe confeſſe ſunt.
Sed cur et a bonis non audierunt quando in criſto adorando ſalus eo
rum inquirebatur/ non iniquitas damnabatur. Potuerunt ergo illis
angelis dicere/ ſtella quam vidiſti xpriſti eſt. Ite adorate illum vbi
natus eſt ſic hic angelus. Colligimus tamen ex omnibus mentem il
lorum regum ſiue apparente illis angelo ſiue loquēte/ ſiue pueruto
in medio ſtelle fuiſſe illuminatam intrinſecus virtute ſpiritus ſancti
vt omnes ſimul intelligerent natum eſſe filium dei.

¶ Quod grandis erat affectio magorum erga xpm natum. c. ii.

Secundum miſterium contemplandum dicitur affectio. Tan
ta etenim affectione ad xpriſtum natuȝ magi poſtq̄ȝ eū cog-
nouerunt ſunt moti/ vt non tenerentur viarum asperitate/
quin ad criſtum querenduȝ omni ſollicitudine ſe precingerent. Nā
ab oriente venerunt hieroſolimam/ vbi tria occurrunt conſideranda.
¶ Primum eſt velocitas. ¶ Secundum eſt localitas.
Terciuȝ eſt iniquitas. ¶ Primum conſiderandum dicitur eſſe ve
locitas/ quia ut cōmuniter tenent doctores cum tredecim dierum eſ
ſet criſtus magi ad eum ſtella duce venerunt/ quod ſi admirari nos

cogat ꝙ in tam̃ paruo tempore per tanta terraruꝫ ſpacia venire potuerunt ſcꝫ ab oriente in hieruſalem/ que in medio mundi dicitur eſſe ſita· poteſt tamen dici ſecundum Remigium ꝙ puer ad quem ipi ꝓperabant eos perducere potuit/ vel ſecundum hieronimum ꝙ ſup dromedarios venerunt/ qui ſunt animalia velociſſima/ que tantum currunt in vna die/ quantum equus in tribus· Secundum conſiderandum dicitur localitas· vbi doctores querunt/ cur iſti magi ſpecialiter venerunt hieruſalem potius ꝗ̃ ad aliam ciuitatē mundi et reſpōdet Remigius dicens/ ꝙ hieruſalem regia ciuitas erat/ et crediderāt ꝙ talis non niſi in vrbe regia naſci debuiſſet/ ſiue venerunt vt locū natiuitatis cercius diſcere poſſent· Siue vt adipleretur quod dictuꝫ eſt· De ſyon exibit lex et verbum domini de hieruſaleꝫ· quia ibi primo annunciatus ē xpriſtꝰ· ſiue vt ſtudio Magorum damnaretur pigricia iudeorum· Hec Remigius· Quanta vero fuerit tunc iudeoruꝫ negliencia per ſe patet/ qui cum per ſcripturas inuenerunt xpriſti aduentum eſſe ꝓpinquum/ viderunt ꝗ reges a finibꝰ terre veniſſe ad illum adorandum/ quibus et ipſi locum natiuitatis reuelant/ non curarunt ad eundem locum ipſis profecto vicinum ꝓperare· vnde Auguſtinꝰ in ſermone de epiphania ait· Cum multi nati atꝗ defuncti eſſent reges iudeorum/ nūꝗ̃ quemꝗ̃ illorum adorandum magi queſierunt/ quia neꝗ quemꝗ̃ eorum de celo loquentem didicerunt· Nō itaꝗ legi iudeorum quales eſſe illic ſolebant/ hunc tam magnū honorem longinqui alienigene ab eodem regno prorſus extranei a ſe deberi arbitrantur· Sed talem natum didicerunt in quo adorādo ſe ſalutem/ que ſecundum dictum eſt conſecuturos minime dubitarent· Nec enim etas erat ſaltim cui adulatio humana ſeruiret/ non in mēbris purpura/ ſed in capite diadema fulgebat· Non pompa famulancium/ non terror exercitus/ non glorioſa fama preliorū· Hos ad eum viros ex remotis terris cum tāto voto ſupplicationis attraxerat Jacebat in preſepio puer ortu recens exiguus corpore/ contēptibilis paupertate· Sed magnum aliquod latebat in paruulo· quidē illi homines primitiue gencium non terra portante/ ſed celo narrāte didicerat· hec ille· Vbi oſtenditur ꝗ̃ grande argumentū iudei potuerunt habere ex aduentu ⁊ reuelatione magorum· ¶ Tercium conſiderandum dicitur iniquitas que herodis regis mentem inuaſit/ ꝙ audiens aduentum magoruꝫ turbatus eſt/ et omnis hieroſolima cū illo· Timens ſecundum Criſoſtimuꝫ ne a iudeis a regno expelleretur/ et ne eciam a romanis culpari poſſet/ ſi aliquis rex ibi vocaretur quem auguſtus non cōſtituiſſet/ ⁊ notanda ſunt verba iſta· et omnis hieroſolima cum illo ſcꝫ maioribus ciuitatis/ qui fauebāt herodi· Et colloquio habito herodes cuꝫ ſacerdotibus ⁊ ſcribis de loco natiuita

tis criſti clam vocatis magis/ quia non confidebat de iudeis/ ⁊ ſibi voluit ſuum conſilium eos latere diligenter didicit ab eis tempus ſtelle/ que apparuerat eis/ ⁊ mittens illos in betlehem dixit. Jte et interrogate diligenter de puero/ et cum inueneritis renunciate michi. vt et ego veniens adorē eum. O malignitas herodis ſuperbi. O venenoſa et doloſa locutio. O iniqua aſtucia ſerpentia/ pro qua ſicut inquit. Gre. in omel. adorare velle ſimulat/ vt quaſi hūc ſi iuenire poſſet extinguat Hec ille.

Quod multa fuit deuotio Magorum erga xp̄m natum. c. iii.

T Ercium miſterium contemplandum dicitur deuotio. Exeuntes namq̧ reges iſti hieroſolimam viderunt ſtellam antecedentem eos/ vſq̧ dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. O q̄z fuit tunc in eorum cordibus conſolatio/ quando intrātes domū inuenerunt puerum cum Maria matre eius. aderat autem ſecundū Rabanum diuino nutu Joſeph/ ⁊ magi tria deuotionis et humilitatis ſue ſigna in xp̄iſto paruulo demonſtrant.

Primū ſignū fuit adoratiōis. Secūdū ſignū fuit oblatiōis. Terciū ſignū fuit ꝯgratulatōis. Primum ſignum fuit adorationis quia procedentes adorauerunt eū. m. vbi ſic exclamat deuotus Ber. quid facitis o magi lactantem puerum adoratis in tugurlolo vili/ in vilibus pannis. Nonne deus iſte ergo rex iſte. ⁊ vbi aula regia/ vbi tronus/ vbi curie regalis frequencia Joſeph et maria iſti inſipiētes facti ſūt/ vt fierēt ſapientes. Secundū ſignuꝫ fuit oblatiōis/ quia apertis theſauris ſuis obtulerūt ei munera aurū thus et mirrā. Erat eniꝫ traditio antiquorū ſecundū Remigiū vt null9 ad regē vacu9 introiret. Per ſe aūt et caldei talia munera ꝯſueuerūt offerre ſecūduꝫ auguſtinū in ſermone de epiphania. aurum deſcribitur regi magno Th9 immolatur ut deo. Mirra prebetur tanq̄ꝫ ꝓ ſalute omniū moriturо. Tercium ſignum fuit congratulationis. pie namq̧ credere poſſumus/ ꝙ benedictus ille filius quem iſti reges tāto labore q̄ſierunt quem colebant/ quem tantuꝫ venerabanẗ affectu/ eos abſq̧ leticia abire non permiſerit Jdcirco conſideremꝰ qualiter in brachiis mr̄is exiſtēs aſpiciebat magos ilari facie/ ipſiſq̧ geſtu et nutu dulciter blandiebatur nō exprimebat verba ſed ſignis quibus poterat de illorū viſitatione oſtendebat ſe letū fore. Et virgo illa mater intacta/ que humaniſſima erat et mitis atq̧ manſueta/ poſtq̄ꝫ viderat in his regibus tantam fidem tantamq̧ deuotionem/ multa eis verecūdo ſermone de filio ſuo eſt locuta/ enarrādo qualiter angelus annūciauit/ ipſaq̧ conceperat et parturierat/ angelis cantātibus atq̧ annunciantibus paſtoribus eius natiuitatem ⁊ quomodo ipſe dominus incarnatus fuerat/ vt ſaluuꝫ faceret genus humanū. Cōmendabat

ex hoc magorum prudenciam ſollicitudinem benignitatem / qui ad
ipſum videndũ tam cicius preparauerant / et dicebat eis · p veſtra
remuneracione ſciatis quod quem adoratis deus eſt / cui munera obtuli
ſtis / quod rex eſt ipſũ et in brachiis ſuſcipite / quod homo eſt · Itaque filiũ
ſuũ liberaliſſime vnicuique eorum amplexãdũ porrigebat · O virginis
cõſueta pietas · o fili dei profunda humãitas · o gracia ſuperexceſſiua
orientalium regum / qui a virgine matre filium dei incarnatum in=
ter ſua pectora ſtringendũ ſuſcipiunt · Conemur eciã nos et mentẽ
diſponere / quod nec nobis negabit ſe filius dei · Magi vero admoniti
in ſomniis ne redirent ad herodem / per aliam viã reuerſi ſunt in re
gionẽ ſuã · de quo dicit Criſo · ſup Mat · Cũ reuerſi fuiſſent predicã
tes multos erudierũt · et denique cum Tho · eſſet ĩ puĩncia illa bapti
zati ſũt et facti ſunt adiutores pdicacionis illius quorum corpora poſt
felicẽ mortem primo p helenã cõſtantini matrẽ reperta et ĩ Cõſtan=
tinopoli trãſlata · ſecũdo p ſanctũ Euſtorgiũ mediolanenſẽ archiepi=
ſcopum Mediolanũ pducta · Vltimo p Fridericũ ĩperatorẽ Coloniã
theotonie ſũt delata · Anime vero eorum viuũt ĩ eterna gloria Amẽ ·

In vigilia natiuitatis domĩ noſtri Jheſu xpi · Sermo de ſãcto Jo=
ſeph / qui fuit ſcriptus / dũ magiſter Robertus pdicaret Padue · et nõ
eſt poſitus ante natiuitatẽ domini quia nõ eſt de tractatu aduẽtus ·

Joſeph fili Dauid noli timere accipe Mariã in coniugẽ
tuam · quod in ea natũ eſt de ſpũ ſancto eſt · Mat · i · c · et in
euãgelio hodierno · Dilectiſſimi in xpo Jeſu noſter doctor
Bonauentura · xlv · di · qrti li · ſentẽ · dicit quod eſt nobiliſſima
res nobis miſeris mortalibus hoc in mundo habere ſingularem de=
uocionem nõ ſolum deo eterno / ſed ſuis glorioſis ſanctis / quibus ora
ciones noſtre ſepe debẽt verſari / quia in hoc relucet eorum deuocio /
et mouetur tribus racionibus · Primo propter noſtram inopiam · Secũ=
do propter diuinã reuerenciam · Tercio propter ſanctorum gloriã · Primo
eſt propter inopiam / quod non ſolum meritis / quoniã nõ meremur in di
uino cõſpectu vnũ minimũ ſpirituale meritum / imo ſumus pocius ple
ni demeritis et peccatis / ſed in oracione ſanctorũ adheremus ipſorum
meritis qui ſunt copioſi in regno celorum. Item quia ſumus obũ
brati carne mortali / ac pauperes amore / et quoniã aliqui ſunt / qui
per vnam ſpũalem paſſionem magis amant ſanctos quam deum ſecun=
dum vnam cõſidenciam propter hanc primam racionẽ non dedignatur
deus / vt habeamus ſãctos deuotos cõſiderata nr̃a paupertate · Itẽ
quãdo cõfugimus ad illas orõnes ſanctorum confitemur noſtram par
uitatem / et agnoſcimus ſanctos dei / ac eos amore reueremur · Sũt
multi q̃ bona agũt reſpectu ſanctorũ et iſta doctrina nõ eſt vana / ſed
bona Itẽ debemus eciam valde venerari ſanctos / quoniã conſide=

raſius p̄remii altitudinē. Relinquā ergo hoc mane oīnes doctores et ſanctos alte et cum oculo cordis aſpiciendo ad celum video vnaꝫ ſedem in qua moratur ille virgo ſponſus virginis / ſenex deuotus / pater putatiuus ſanctus Joſeph. hic eſt meus deuotus ⁊ iam venit michi ſemel in mente / vt legereꝫ aliquid de eo / ac querendo ſcripturas ſacras reperi ꝙ ſanctus Joſeph eſt vnus deglorioſioribus ſanctis paradiſi / propterea firmaui in mente mea vnum propoſitum bonum. videlicet de habendo eum pro meo aduocato / ac predicare toti mundo / ꝙ haberent eum in reuerēcia. ideo propoſui predicare de eo quia in euangelio fit de eo hodie mencio. ⁊ cauſa veniendi ad predicacionis noſtre ordinem aſſumſi verba. Mathei. i. c. in themate. in quib9 ſacratiſſimis verbis denoto ſācti Joſeph tres glorioſiſſimas excellencias vltra alios ſanctos.

¶ Prima eſt excellencia virginalis. ¶ Secunda eſt excellencia filial᷑. Tercia eſt excellencia diuialis.

¶ Quod in beato Joſeph fuit excellencia virginalis. c. i

QApe primam excellenciā que eſt virginalis. vbi demonſtrabo veſtris reuerenciis quantum fuit excellens meritum Joſeph / qui ſedet in celis alte / ac veniamus cum tribus dignitatibus. ¶ Prima eſt virginalis vnio. ¶ Secunda eſt virginal᷑ conuerſacio. ¶ Tercia ē virgial᷑ auxiliacō. ¶ Prima vocatur virginalis vnio ſcilicet ꝙ infra Mariam et Joſeph fuit vnus amor ſanctiſſimus. Nam poſt filium ſuum magis Joſeph amauit ꝗꝫ aliū ſāctum. nam pia mēte credi poteſt ꝙ ſpiritus ſanctus vniſſet virginē amore ad Joſeph amanduꝫ. ⁊ niſi ab ipſo ſpiritu ſancto proceſſiſſet matrimonium eoruꝫ contractum non fuiſſet. Tu poſſes dicere nō fuit verum matrimonium vt ait hiero. aduerſus heluidium. Joſeph marie pocius cuſtos fuit ꝗꝫ maritus ⁊ in euangelio. Joſeph volebat dimittere eam ⁊c. ergo non fuit matrimonium Magiſter. xxx. di. iiii. ſentenciarum di. ꝙ inter mariam ⁊ Joſeph fuit veriſſimum matrimonium. et habes. xxvii. di. q. ii. c. Inſtitutum et tenent hoc videlicet Ricar. Bonauentura. xxx. di. iiii. ſentenciaꝝ. et Tho. iii. parte. q. xxix. ſequentes ſentenciam magiſtri declarant duobus modis Primo ꝙ in matrimonio eſt quedam perfectio ī eſſe primo et ī eſſe ſecundo. prima ī eſſe primo ꝓſpicit que ſunt de eſſencia matrimonii. Secunda ꝓſpicit quandam ſubſtanciā particularē que eſt actus matrimonii. Iteꝫ illud qđ ē ī eſſe p̄io in ſācto matrimonio eſt quedam mutua poteſtas / quā dat ſpōſa ſuo ſpōſo / ⁊ ecōuerſo ſimul viuēdo / ac ipſis inuicē ſeruiendo / quo ad obſequia matrimonialia / tamen nō quo ad copulam carnalem / et iſta vnio fuit inter Mariā et Joſeph In ſecunda que eſt in eſſe ſecūdo que proſpicit actum matrimonia

lem̃ non fuit inter Joſeph et Mariam / quia licet apparerent ſe tanq̃
ſponſos / ac inſimul habitarent mutarunt copulaȝ carnalem per ſpi
ritus ſancti operacionem in copulam virginalẽ vt in c. Beata Ma
ria. xxvii. q. ii. Nam quando ſtabant in templo pontifices querebãt
eam nubere ſecundum legem / ⁊ ipſa vouerat virginitatem / ⁊ prop
ter hoc non fecerat contra legis debitum quia illam copulam matri
monii operacione ſpiritus ſancti mutauit in virginitatem / quoniaȝ
ſic erat voluntas dei ⁊ ſimiliter ſic fecit Joſeph. Et verbis hiero. re
ſponde intelligendo maritum largo modo / in quo intelligitur actus
matrimonii. Propterea dixit magis cuſtos q̃ȝ maritus. ¶ Item ꝙ
fuit error hereticorum dicencium malum de virgine. videlicet ꝙ ha
buerat coitum Joſeph. ideo hiero. ipſam excuſando dixit verba pre-
dicta et aduerſus heluidium reddit racionem / vt infra dicam. videli
cet de verbis Joſeph / qui voluit Mariaȝ relinquere / quia aliqui do
ctores dicunt. Quando Joſeph uidit Mariam pregnantem de ſpiri
tu ſancto incepit dubitare de ea / ⁊ volebat eam relinquere / ne ſcan
dalum ſequeretur. Jo. Gregorius aliter dicit. Et ego cum eo ꝙ quã
do Joſeph vidit Mariam pregnantem / non cogitauit maluȝ aliq̃d
de ea / ſed credendo ⁊ bonitati virginis credebat ꝙ aliquid dei eſſet
operatum ſecrete in ea / propterea voluit recedere. et dicit Jo. Criſo.
O inextimabilis vẽter marie virginis. magis eniȝ credebat Joſeph
virginitati eius q̃ȝ vtero eius et magis credebat virginem poſſe cõ-
cipere q̃ȝ Mariam poſſe peccare. Dic mihi. quis enim te mouet ad
hanc opinionem niſi ꝙ Joſeph viderat mariam ꝙ ei miraculoſe da
ta fuerat in eius ſponſaȝ. Nam ipſe erat ſenex et maria. xiiii. anno
rum ⁊ vt ſcitis erat a pontificibus preceptuȝ ꝙ omnes mulieres de-
berent ſe nubere / ⁊ maria vouerat virginitatem / et tamen erat fac
tum dictum preceptum vt habes deuteron. vii. c. propterea maria
nolens legi contradicere dixit. vadam ad pontificem / quoniam vir
ginitatem voui / et narrato negocium / introiuitqȝ ad ſancta ſancto
rum faciens oracionem / et venit vox angelica ac dixit. Cui florebit
virga in manu illam tenẽtis / ⁊ ſuperueniat colũba / date illi in vxo
rem ⁊ ſic factum eſt / ⁊ tunc multi iuuenes virgam habuerũt ac ne
mini floruit. ſecunda die orarunt et data fuit Joſeph virga in manu
⁊ floruit / et columba acceſſit ſuper eum. Tunc pontifex ſpiritu ſan
cto inſpiratus dedit illi mariam in ſponſam et ab hac re potuit Jo.
Criſo. arbitrari ꝙ Joſeph non aliter itelligere potuerat niſi ꝙ a re
diuina hoc proceſſerat in maria. Alia eſt opinio ꝙ Joſeph vidit vir
ginem pregnantem / vidit vnum ſplendorem in ea tam relucentẽ ꝙ
exibat a ſenſibꝰ / ꝙ non poterat eã intueri / ideo volebat eã dimitte-
re ꝓpterea cogita q̃nti meriti ẽ Joſeph / q̃ talẽ habuit ĩ vxorẽ virgĩeȝ

Item conſidera quantus erat amor Marie erga ſponſum ſuum· nam erat ſanctior ceteris aliis, Cupiebatq; prophetarum ſalutem ac aliorum ceterorum. ergo non dubites ꝙ eciã Joſeph ſalutẽ deſiderabat / quem tantum diligebat· et iſta eſt virginalis vnio· Nam tantus fuit cum virgine vnitus / quantum fuit ſponſus virginis·

¶ Tolle ſecundam que fuit virginalis cõuerſacio· Joſeph habuit iſtam excellenciam ſcilicet virginalis conuerſacionem· ⁊ vidit innumerabiles dei gracias· ⁊ aduerte ꝙ iſta eſt regula generalis ꝙ qui malam habent ſocietatem in hoc mundo male agunt / et econuerſo Quot ſunt qui in hac nocte ludunt et blaſphemant deũ ⁊ virginẽ O canes proditores Erit vnus qui bonã habebit voluntatẽ / ⁊ vnꝰ ribaldꝰ deſtruet eã· Ambroſiꝰ dicit ꝙ virgo fuit ſanctior aliis mater dei / ac plena ſpiritu ſancto / et erat virgo non ſolum corpore / ſed eciam mente et corde / nec in ea fuit vnq̃ macula alicuius peccati· Et propterea quid credis ꝙ agebat Joſeph / qui pluries videbat ſponſã ſuam nocte leuantem ad oracionẽ / ac de nocte ſepius plorare / non credis ꝙ ad bene agendum inflammaretur· arbitror ꝙ ſepe orabat cum orante· credo ꝙ quando virgo benedicebat deum / ipſe benedicebat cum benedicente· Et non dubites ꝙ conabatur cor ſuum humiliare / ſicut faciebat virgo· Conſidera quantum erant dulcia eorũ colloquia· Nam quando maria loquebatur de deo· et ille ſtupebat·

cies quarum vna eſt impugnacio veritatis agnite· Alia eſt deteſta
cio boni/ ſeu racione ſui/ ſic eſt obſtinacio que comprehendit eciam
finalem impenitenciā· Dicitur ergo peccatum in ſpūm ſanctum irre
miſſibile magis q̄ꝫ aliorum peccatorum genera ꝓ eo ꝙ non tantū re
pugnat gracie ſed eciam diſpoſicioni ad veniam ⁊ graciam ſuſcipiē
dam· Remiſſibile autem eſt tum racione diuine potencie remittētis
tum ꝙ homo poteſt de illo penitere excepto peccato finalis impenitē
cie· Hec autem finalis impenitencia dicitur duplex/ ſicut ⁊ perſeue
rancia· Nam perſeuerancia vno modo dicitur ꝓpoſitum pſeuerandi
Alio modo dicitur continua pmanencia in bonum vſq; in finem ſic
⁊ impenitencia· Vno modo dicitur ꝓpoſitum nō penitendi· Alio mo
do dicitur continua permanencia in malo· Impenitencia primo mō
put dicitur ꝓpoſitum non penitendi eſt peccatum irremiſſibile quia
vix remittitur eo ꝙ tale ꝓpoſitum claudit viam ad graciam ⁊ impe
dit ingreſſum ſpūs ſancti/ tamen poſſibile eſt ꝙ illud peccatuꝫ inter
dum/ licet non ſemp remittatur/ ſed impenitencia ſecundo modo di
cta nullo modo poteſt remitti/ Hec autem nemini eſt attribuēda vſ
q; ad illud inſtans in quo poſſet dici de aliquo ꝙ finalit̄ ſit ipenitēs·

¶ Capitulum tercium de peccato dampnatorum ꝙ talibus eciã remitte
ret ſi ipſi verã penitenciã facerent ⁊ ꝙ penitẽcia eorum nihil valet.

T Ercia cõcluſio dicitur damnacionis. nam licet ea que dicta
ſunt locum habeant in his que peccant in via / ⁊ emendãtur
dum viuunt in hoc ſeculo / tamen nullo pacto extẽdi poſſũt
ad eos qui in inferno damnati ſunt per penitenciam diffinitiuã / his
nunq̃ꝫ deus veniam dabit / ⁊ tamen penitenciam agent / ſicut patet
ſap. v. c. dicentes intra ſe penitenciam agentes / ergo videtur ꝙ dei
benignitas non ſit omnibus cõmunis / neqꝫ omnes penitenciã agẽ
tes dei ſuauitatem inueniunt. Ad quod dicendum eſt ſecundum Bo
na. in iiii. di. xiiii. Quod agere penitenciam ſine dolore de culpa ſua
cõmiſſa poteſt eſſe dupliciter / aut ꝓpter leſionem nature / aut ꝓpter
offenſionem maieſtatis diuine. Primam penitenciaꝫ habere quis po
teſt ex ſola natura ſine aliquo munere gracie / ſicut eniꝫ homo natu
raliter ſe diligit / ſic eciam odit omne ꝓpter quod malum incurrit / et
talis penitencia eſt in damnatis ⁊ in malis. Fuit hec i anthioco ſce
leſtiſſimo / de quo dicitur. ii. li. Macha. ix. c. Orabat ſceleſtum domi
minum a quo non erat miſericordiaꝫ conſecuturꝰ. Fuit eciã in Eſau
de quo dicitur ad hebre. xii. Non inuenit locum penitẽcie / quãq̃ꝫ cũ
lacrimis poſtulaſſet eam / hanc dominus non acceptat / nec quis ſic
penitens inuenit graciam vel veniam. Alia eſt penitẽcia qua quis
penitet ꝓpter dei offenſam / ⁊ hec non eſt ſine diuina gracia gratuꝫ
faciente vel gratis data que deo placet / et quoniam diabolus hanc
habere non poteſt / ideo nec veniam habere poteſt. Sed ſi per impoſſi
bile poneretur ꝙ diabolus ⁊ damnati poſſent habere hanc penitẽ
ciam / tunc dominus daret eis graciaꝫ. vnde de diabolis loquẽs Ber.
in li. de gradibus humilitatis ait. ſic eniꝫ deus temptauit in vindi
cta ſentenciam vt ſi vellet reſpicere veniam non neget. nulluꝫ ergo
peccatum eſt tam graue / tam ponderoſum ꝙ deus clemẽtiſſimꝰ pec
catoribus non remittat / ſiue ſit mortale ſimplex / ſiue ſit in ſpiritum
ſanctum ſiue in deum. vnde Criſo. de. pe. di. iii. c. Talis. Ait talis
eſt mihi crede / talis erga homines dei pietas nunq̃ꝫ ſpernit penitẽ
ciam ſi ei ſincere ⁊ ſimpliciter offeratur. Et ſi ad ſummuꝫ quis ꝑue
niat malorum / ⁊ inde tamẽ nolit reuerti ad veritatis viam ſuſcipit
libenter ⁊ amplectitur. hec ille. Et hiero. ad occeanũ de hac ſic dicit.
Que peccata fletus ille nõ purgat quas inueteratas maculas hec la
mẽta nõ abluãt petrꝰ trinã negacionẽ trina cõfeſſione deleuit Aarõ
⁊ ſacrilegium ⁊ cõpilatum ex auro intuli caput ſupne coherere mi
ſericordie preces Dauid ſancti ⁊ manſuetiſſimi viri homicidiuꝫ pa
riter et adulterium ſeptem dierum emendauit fames iacebat in terra
voluptabatur in cinere ⁊ oblitus eſt rege maieſtatis lumeꝫ querebat

mi tenebris illumiqꝫ tantuꝫ reſpiciens quē offēderat lacrimabili voce dicebat. Tibi ſoli peccaui ⁊ malum coꝛam te feci / ⁊ redde mihi leticiam ſalutaris tui / ⁊ ſpiritu pꝛincipali confirma me / atqꝫ ita factū eſt / vt qui me docuerat virtutibus ſuis quomodo ſtans non caderē doceret per penitenciam quomodo cadens reſurgerē. hec ille. De ipo quoqꝫ Dauid peccatoꝛe grauiſſimo. Idem hiero. ad ſabianū diaconū lapſum ita ſcribit. Totam penitenciam peccatoꝛis oſtendit quoniaꝫ ingreſſus eſt Dauid ad Berſabe vxoꝛem Vrie Ethei ⁊ natan ꝓphe tante coꝛrectus reſpondit dicēs. Peccaui. Statiqꝫ meruit audire / et dominus abſtulit a te peccatum adulterio iunxerat homicidiū. Et inde conuerſus ad lacrimas ait. Miſerere mei deus ſecunduꝫ magnā miſericoꝛdiam tuam. ⁊ ſecundum multi. mi. tuaꝝ dele iniquitatem meam. Magnum enim peccatuꝫ magna indigebat miſericoꝛdia. vñ iungit ⁊ dicit. Amplius laua me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meā ego cognoſco / ⁊ deli. m. co. m. eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui. Rex enim alium non timebat ⁊ malum coꝛam te feci vt iuſtificeris in ſermonibus tuis ⁊ vincas me cū iudicaris. Concluſit eniꝫ deus omnia ſub peccato vt omnibus miſereatur tantūqꝫ pꝛofecit vt dudum peccatoꝛ ⁊ penitens tranſierit in verū ⁊ dicat / docebo iniquos vias tuas. Hec hiero. vbi ſupꝛa. Hoc vero quod dictū eſt de Dauid notatur. ii. Re. xii. c. Vbi narratur ꝙ poſt adulterium pariter ⁊ homicidium per Dauid cōmiſſum cum ei cōminaretur nathan ꝓpheta iudiciuꝫ domini dixit ad Nathan. Peccaui domine ¶ Statim audiuit Nathan reſpondentem / ⁊ dominus tranſtulit peccatum tuum / ſed ꝓ omni diximus concluſionem vt ſciant peccatoꝛes omnes ꝙꝫ ampla ſit caritas ⁊ benignitas ſūmi dei Et adhoc occurrit quoddā exemplum nature ſtupendum ⁊ admirabile / ſicut habet̄ in legenda ſancti baſilii. Vir quidā venerabilis eraclius nomine filiam ſuam habens vnicaꝫ quā diſponebat domino cō ſecrare. Diabolus vero callidus ⁊ aſtutus inflāmauit ſupermoduꝫ vnum de ſeruis ſuis in amoꝛe puelle. Hic cum impoſſibile iudicarꝫ poſſe i amplexus tam nobilis puelle / ⁊ domini ſui filie peruenire accerſiuit maleficuꝫ quendam ſubſidium ab eo auxilium malefici poſtulans pmiſſo pꝛecio / cui ille reſpondit. Si vis mittā te ad dominū meum diabolum / cui ſi volueris obtemperare / fauebit tibi / et completum erit deſiderium tuum / ⁊ pſpera queqꝫ ſuccedent. Ad quem iuuenis ibo inquit modum terminumqꝫ eundi inſinua. Ille igitur maleficus ad diabolum per pdictum Iuuenem miſit hec verba. quoniā quidem mi domine ſtudium meum eſt omnes quos poſſū tue adducere voluntati Mitto tibi hunc iuuenem pꝛecoꝛ tibi vt ſuum deſiderium aſſequat̄ / ⁊ dans hanc epiſtolaꝫ iuueni dixit. Vade tali hoꝛa

noctis ad monumentū gentilis ibiqꝫ acclama demones/ ⁊ hanc car
tam in aere exalta ⁊ ſtatim aderit tibi. Qui iuuenis hoc faciens/ ⁊
ſubito apparuit tenebrarum princeps cum ſua cōmitiua. Et epiſto
la plecta dixit ad eum. Crede in me. Qui ait credo domine/ et dia-
bolus/ abnegas deum tuum/ cui reſpondit/ abnego/ dixitqꝫ diabolꝯ
ne a te decipiar/ fac mihi manu tua ſcriptū in quo ꝯfitearis te xp̄o
⁊ baptiſmo ⁊ xpriſtiane renūciare pfeſſioni/ qui fecit ſcriptum qua-
liter xpriſto abrenūciaſſet/ ⁊ diaboli ſeruituti ſe mācipaſſet. At dia
bolus miſſis ſpiritibus fornicacionis ad cor puelle inflāmandum in
amore iuuenis diſparuitqꝫ diaboꝯ/ poſt elapſis diebus adeo puella
in iuuenis amore conuerſa eſt vt patri diceret/ vel mihi iuuenē ta
lem in virum tradas/ vel mortuam me cito videbis ⁊ cum nulla p
ſuaſione poſſet eam pater lugēs et dolens ab hoc pposito nō poſſet
ammouere eam predicto iuueni deſpōſauit/ qui cum diebus aliqui-
bus moraretur cum vxore ſua nouiter ducta notatꝯ eſt a multis q͡
nihil criſtiani erat in eo/ videbāt eum eccleſias fugere crucis ſignū
horrere ⁊ dei verba ſpernere atqꝫ alia facere que bono viro non con
ueniunt Retulerunt hii qui obſeruabant vxori ſue quid viderāt q̄d
de iuuene ſentirent. Jlla vero diligenter inquirēdo a viro didicit ve
ritatem ⁊ ptimeſcēs Juuenem valde flexit vt ambo ad ſanctū Baſi
linm pgerent/ ad queꝫ cum veniſſent/ ⁊ ſibi oīa narrata. Ait ad iu
uenem. Vis reuerti fili. Velleꝫ inquit ſed non poſſum/ obligatus
enim ſum ſcriptura ppria ad diabolo ſeruiendum. cui Baſilius non
ſit tibi cure/ benignus eſt enim dominus et te penitentem ſuſcipiet
Et continuo apprehendēs eum ſignum crucis impreſſit in frontem
eius/ incluſumqꝫ in cellula quadā poſt tres dies eum viſitauit/ queꝫ
iuuenis libenter vidit dixitqꝫ. O pater terribiles ſūt clamores demo
num/ qui tenentes ſcriptum meum in manu dicunt. Tu veniſti ad
nos/ ⁊ non nos a te. Dixitqꝫ ei ſanctus Baſilius. Noli timere fili/
⁊ iterum eo recluſo p ipſo orauit/ poſt aliquot dies iterum viſitauit
eum. Cui iuuenis ait. O pater a lōge nec audio clamores demonū
⁊ minas ⁊ nō video ipſos quo ꝯfortato ſanctꝯ Baſiliꝯ diſceſſit. alia
vero die ad eū rediit. cui iuuenis. Bene inquit habeo pater. vidi nā
qꝫ hodie in viſu te pugnantem ⁊ vincentē diaboluꝫ poſt hoc educēs
eum clerum ⁊ populum fecit congregari ⁊ omēs monuit orare pro
iuuene quem tenens manu ducebat ad eccleſiaꝫ/ ⁊ ecce diabolus cū
ſua cōmitiua ad eum venit ⁊ conabatur rapere iuuenem de manu
eius. Qui clamabat ſancte dei adiuua me. Diabolꝯ vero dicebat O
baſilii preiudicas mihi ipſe venit ad me. Ecce ego eius ſcriptum/ tūc
omēs qui aderant clamauerūt kyrieleſon. Et orante baſilio ecce car
ta p aerem delata ⁊ ab omnibus viſa venit ad manus baſilii/ quaꝫ

ipſe ſuſcipiens dixit iuueni. Cognoſcis has lr̃as frater? Et ille mee
ſunt domine. Et frangit tabulas ſcriptum in ſignuꝫ remiſſionis cul
pe tam grandis: ⁊ regulam ſibi bene viuendi docuit. Recepit ergo iu
uenis tanti ſceleris remiſſionem qui deuꝫ reliquerat qui diabolo ſe
dederat: qui vitam ſeu ſalutem ſuam in obliuionē tradiderat. O am
plitudo miſericordie dei. ¶ O abundancia diuine pietatis! quis de-
ſperabit. O omniū peccatorum portus refugiū ſalus ⁊ vita. Reuerti
mini ergo peccatores ad deum non terreamini peccatorum magnitu-
dine quocūqꝫ peccato longe maior eſt dei miſericordia: quam nobis
ſua gr̃a hic partiri dignet̃ vltio nos pducens ad etnā gloriā. Amē.

¶ Sermo quartus de diuina caritate in quo declaratur quantuꝫ ipſe
deus benignus condeſcendit humane fragilitati remediādo peccata
ſepius iterata a quibus paucis ſe abſtinēt et qualiter remittit eciā
multitudinem peccatorum.

Venite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis. Iteruꝫ
vbi ſup̃. Nihil ſi recte conſpicimus debilius eſt humana
mente: que velud arūdo a vento agitata facile mouetur
facile flectitur: facileqꝫ bono accepto deficit ⁊ ad maluꝫ
conuertitur. Eſt vtiqꝫ hec in multis infirmitas laborioſa vt poſt pe-
nitenciam poſt ſuſceptam indulgenciam peccatorum relabant̃ in ſce-
lera multo plura illis in quibus pantea fuerant abſoluti. Quibus
volens deus oſtendere ſuam caritatem eos ad ſe vocat eciā ſuccur
rere huic neceſſitati ſua benignitate ſpōpondens ait enim. Venite ad
me omnes qui laboratis ſcꝫ ſepius peccando peccataqꝫ mlta inſimul
aggregando: ꝙ ⁊ vobis ſum indulgere paratus. Ad quod plenius
intelligenduꝫ eſt in preſenti ſermone de quarta flāma diuine carita
tis que multiplicitas vocatur dicendum eſt. p cuius declaracione no
tabimus tres concluſiones. ¶ Prima dicitur rumacionis.
Secunda dicitur replicacionis. Tercia dicit̃ mltiplicaciōis.

¶ Capitulum primum in quo aperitur error eorum qui dicunt ꝙ ſi ho
mo poſt penitēciā cadat vel recidiuꝫ ꝙ illa penitencia nō fuerit vera.

Prima concluſio dicitur Rumacionis vbi veritatem hanc aſ
ſerimus ſcꝫ. Quod homo poſt penitenciam poteſt iterum re
uertere in peccatum: ⁊ indigere miſericordia dei. Sed cōtra
hoc arguunt nōnulli dicentes. Quod ſi homo cadat a penitencia vel
vt clarius dicam. Si homo poſt penitenciam peccat ꝙ illa non fuit
vera penitencia. Curant autem illud pbare auctoritatib9 ſanctoruꝫ
Nam vt de pe. di. iii. Ambroſius in ſermone quadrageſime ait. Pe-
nitencia eſt mala preterita plangere: ⁊ plangenda iterum non cōmit
tere. ergo qui iterum peccat verā penitenciā non facit. ¶ Item gre.
ait. Penitenciā quippe agere eſt ⁊ perpetrata mala plangere: ⁊ plā

genda iterum nō perpetrare. Nā qui ſic alia deplorat vt tamen alia
cōmittat adhuc penitenciā agere / aut ſimulat aut ignorat. Et iterū
yſidorus de ſūmo bono inquit. Irriſor eſt non penitēs qui adhuc agit
quod penitet nec videtur deum poſcere ſubditus ſed ſubſanare ſup
bus. Et augu. in li. ſoliloquiorum. Inanis eſt penitencia inquit quam
ſequens culpa coinquinat. ergo ex his auctoritatibus videtur. Quod
penitēcia quā ſequitur culpa nulla eſt nec vera eſt. ergo ſi homies
experiencia certa conſpexerint ſe poſt penitenciā ad peccata prolapſos
eaqꝫ penitēcia nulla fuerit. Quid aliud remanet niſi vt timentes ru
inam bonum facere nunqꝫ velit. Auertat deus ꝙ ita eſſe credimus
imo ſi quis hanc poſicionē teneret ꝙ ſi homo cadat a penitencia ꝙ
penitencia illa non fuit vera / vel poſt quecunqꝫ conceptum bonum.
ſi ab illo diſtat ꝙ illud bonum verum bonum non fuerit tanqꝫ here-
ticus ab omnibus eſt vitandus. Fuit hic antiquus error impii mani-
chei quē hodierna die pleriqꝫ hypocrite ignorantes ⁊ preſumptuoſi
publice in verbis ⁊ ſcripturis ſuis dogmatizant. Nam ego cum con
uerſarer cum fratribus quibuſdā ordinis me. / qui ſe arroganti vo-
cabulo de obſeruancia vocari ⁊ euocare gloriabātur. Inter ceteras
eorum inepcias audiui ſepiſſime publice dici / non ab vno ſolo ſed a
diuerſis. Quod ſi quis poſt ingreſſum religionis poſt exempla vir
tutum rediſſet ad vomitum eum nūqꝫ in veritate benefeciſſe. Inſu
per ⁊ frater Nicolaus de auſmo dictus eſt ex prouincia marchie homo
ſcandaloſus ⁊ ſcrupuloſus valde in ſuo libello quē quadriga voluit
nominari in quo errores multos ⁊ eciā probabiles ſcripſit in tractatu
de confeſſione dicit. In ſentencia illa verba apparet non eum eſſe ve
re contritum / nec veram egiſſe penitenciā qui breui ſpacio pſeuera
uerit in bono / ⁊ quaſi recidiauerit. Pro quibus omnibus confutan
dis notandum eſt ſecundum doctrinam Alex. de hal. in. iiii. volui
ſūme ſue. Quod veritas penitencie accipitur dupliciter ſicut ⁊ veri
tas cuiuſlibet virtutis. Vno modo enī virtus vera dicitur que ha
bet verum virtutis opus vel nata eſt habere qātum eſt de ſe / ⁊ hoc
eſt eſſe de ſciencia virtutis. Alio modo dicitur virtus vera que pro
ducit in finem ⁊ hec veritas non eſt eſſencialis virtuti ſed tantū di
cit virtutis continuacionem. Si ergo primo modo dicatur. Peniten
cia vera que verum virtutis habet actum ſic de penitencie veritate
eſt deteſtari malum cōmiſſum / ⁊ pro illo tempore nullum cōmittere
⁊ de futuro proponere non cōmittere. In hoc ſtatu ſi quis decederet ſal
uus eſſet / ⁊ tamen ab his omnibus poteſt homo cadere / ⁊ ita a peni
tencia vera veritate primo modo dicta. Si autem dicatur penitēcia
vera que perducit in finem vt finalis et continuata ab hac non eſt
cadere. Nam ſi quis longo tempore in penitencia permanſiſſet in qua ſi

fuiſſet mortuus fuiſſet aggregatus numero electorū poſtea in pec
cato mortali moreretur preterita penitencia ipſum non ſaluaret. nō
remanet tamen quin penitencia illa non fuerit vera: imo eciam ve
riſſima: ⁊ ab illa poteſt homo cadere. Patet hoc in niniuitis hoībꝰ
qui per penitenciam agentes in predicacione Jone ſubterfugere ſb
uerſionis interitum meruerunt. Non enim conſecuti fuiſſet graciā
niſi illa fuiſſet penitencia. Et tamen notatur in. c. Sicut igitur nini
uite de. pe. di. iii. quia poſtea ad vomitum ſunt reuerſi ex ira dei eoꝝ
ciuitas a rege medorum ſubuerſa eſt regnante apud hebreos Joſia.
Et eciaʒ ad hec conueniens eſt exempluʒ Dauid de quo ſecūdi Re.
xii. c. dicitur. Quod de peccato mortis vere penituit: ⁊ dominus pe
nitenciam eius acceptauit. Poſtq̄ʒ peccauit iterum numerando populū
prut plenius legitur ſecundi Re. penultimo. c. Et nihilominus prima
eius penitencia a qua cecidit fuit vera. Intelligende itaqꝫ ſunt au
ctoritates in contrarium adducte. Nam ſecundum gracianū de pe
di. iii. c. Sed verba. Jlla verba auctoritatum nō ad diuerſa tempora
ſed ad idem tempus referūtur: vt ſcʒ eo tēpore quo quis deflet ma
la que cōmiſit ⁊ penitenciam facit nō peccet ⁊ ſcelera non cōmittat
Penitencia equidē habet eſſe in libero arbitrio ſecundum ſtatū vie
qꝫ conuertibile eſt: et poteſt a bono in malum et a malo in bonum
ſepius exire.

¶ Capitulum ſecundum qualiter deus non tantū ſemel ſed pluries peccatoribus penitentibꝰ remittit omnia peccata ⁊ quare penitencia poteſt iterari baptiſmus vero non.

Secunda concluſio dicitur Replicacionis. Nā licet homo poſ
ſit a vera penitencia cadere in peccatum: poteſt tamē ſepiꝰ
per penitenciam ſurgere ⁊ dei miſericordiam inuenire. Con
tra quā ſētenciam plurimiqꝫ conueniunt aſſerentes non niſi ſemel
conceſſum peccatoribus fore per penitenciam a peccato reſilire. Et li
cet homo vt dictum eſt a vera penitencia valeat ruere non tamē po
teſt penitenciam iterum agere fructuoſaʒ. Arguunt aūt qd ambro.
dicit in. c. Reperiuntur de pe. di. iii. Sicut vnū eſt baptiſma: ita vna
eſt penitencia. quibus Reſpondendū eſt ſecunduʒ Bonaū. in quarto
di. xiiii. Qui dictum Ambroſii intelligit de penitencia ſolenni secū
dum morem aliquarum eccleſiarum: non autem de penitēcia cordis
qua peccator mente ad deum conuertitur. Quare autem penitencia
poteſt iterari baptiſmus vero non: pbatur tripliciter. Primo quia ī
baptiſmo īprimiť caracter qui eſt indelebilis. Jn penitencia vero nō
Secundo quia baptiſmus eſt contra morbum nō iterabilem qualis ē
originalis culpa Sed penitencia contra morbuʒ iterabilē qualis eſt
morbus peccati actualis ⁊ medicinam debet aptari morbo. Tercio

quia baptiſmus habet totam efficaciā a paſſione xpiſti. Sed penitē
cia non tantum a paſſione criſti/ ſed eciam ab actu noſtro. Ideo bap
tiſmus non iteratur ſicut ⁊ penitencia. Penitencia vero iteratur ſe
cundum ꝙ voluntas noſtra conuertitur ⁊ reuertitur. dicere ergo ꝙ
penitencia non poſſit iterari eſt error crudeliſſimus claudēs viſcera
diuine miſericordie cogēs omnes peccatores ad deſperandū vt ſciāt
omnes peccatores. Quod deus miſericors ⁊ clementiſſimus paratus
eſt indulgere/ non tantū ſemel/ ſed bis ter milies ⁊c. Vnde ⁊ dicit
dominus ihesus Mat. xviii. c. Interrogāti petro ⁊ dicēti. Si pecca
uerit in me frater meus vſq; ſepcies dimittā ei. Reſpondit ei iheſus
Non ſolum tibi dico vſq; ſepcies/ ſed vſq; ad ſeptuagies ſepcies. i.
tociens quociens ſecundum hiero. Et ponitur numerus finitus pro
numero infinito. Hec Augu. de pe. di. iii. c. Adhuc iſtant ait. Quo
niā quottidiana eſt confeſſio optet vt quottidiana ſit remiſſio. Cur
docuiſſet dominus orātes dicere/ dimitte nobis debita noſtra niſi ipe
nobis pſeueret miſericors qui nos ab hac peticione non vult defice
re. hec ſup Augu. hiero. autem ad Ruſticum ſcribit. Sepcies in die
cadit iuſtus/ ⁊ reſurget. Si cadit quomodo iuſtus. ſi iuſtus quomo
do cadit/ ſed iuſti vocabulum non amittit qui per penitenciā ſem
per ſurgit ⁊ non ſolum ſepcies/ ſed ſeptuagies ſepcies delinquenti
ſi conuertatur ad penitenciā peccata donantur/ plus diligit. hec ille
Ad hoc iterum Lactancius. vi. li. diuinarum inſtitucionū aduerſus
gentes ait. Nemo enim poteſt eſſe tam circumſpectus/ tā prudēs
quin aliquando labatur. Et idcirco deus imbecillitatem noſtram ſciēſ
p ſua pietate aperuit homini portū ſalutis huic neceſſitati cui fra-
gilitas noſtra ſubiecta eſt medicina penitencie ſubuenire. Et leo de p.
d. i. c. Multiplex miſericordia dei inquit. Multiplex miſericordia dei
lapſis humanis ſubuenit/ vt non ſolū per baptiſmi graciā ſed eciā
per penitencie medicinā ſpes vite repetur eterne/ vt qui regeneracio
nis dona violaſſet pprio ſe iudicio damnantes ad remiſſionem crimi
num puenirent. Quid igitur peccatores ſe excuſando reſpondebunt
Quid gracioſius poſſunt audire de deo/ qui tot multiplicatis vici-
bus veniam pollicetur his qui ab eius amore/ non ſemel tantum/ ſʒ
tociens ppria malicia cadunt. Aperi cor tuum o peccator negligens
Et vide ſi erga te blandus ſit deus. Eſto quippe vt nunc ad ipſū re
uertaris. Et dicas ei peccaui ⁊ ſtatī indulget tibi. Et modico inter
uallo temporis occurrente iterum peccata priſtina vel peiora com-
mittere/ ſi reuertaris ad deum/ ⁊ dicas ei. Heu me infelicem pecca
ui doleo. Ignoſce mihi aduc iterū impetres quod optas adhuc poſt
paululum pposito bone volūtatis relicto recidiuas grauiora facino
ra pſequendo poſtq; ſi cōpuncto corde ad deū clamaueris pro remiſ

ſione impetranda exaudiet te.

¶Capitulum tercium qualiter deus remittit peccatori penitenti mul-
ta peccata / nec propter multitudinem negat ei veniam.

T Ercia concluſio dicitur multiplicacionis. Oſtendit enim deus
peccatoribus caritatem ſuam cum ſi i vno ſolo ſi fieri poſſet
omnium malorum / ſiue demonū / ſiue hominum eſſent pecca
ta omnium hereticorum idolatrarum omnium homicidarum / ⁊ huiſmo-
di. Hic tamen ad deum conuerti deſiderans benigne ſuſcipitur / nec
deſpicitur ob tantam congeriem peccatorum iniquitatūque quod vtique
verum conſtat eſſe auctoritate. Iſaiaſque in pſona dei. xliiii. c. ait. De
lebo iniquitates tuas vt nubem / ⁊ quaſi nebulam peccata tua. Dicit
iniquitates in plurali ad notandum quod plura ⁊ multa peccata remit
tit eciam ſi in vno inueniantur. Idipm voluit dominus oſtendere per
ezechi. xviii. c. Vbi ait. Si impius egerit penitenciam ab omnib9 pec
catis ſuis que opatus eſt / ⁊ cuſtodierit vniuerſa precepta mea ⁊ fe
cerit iudicium ⁊ iuſticiam vita viuet ⁊ non morietur omnium iniq
tatum eius quas opatus eſt non recordabor. Dicit ergo deus remiſ
ſurum ſe non aliqua / ſed omnia atque non ſe recordaturum. Aduer-
tendum tamen eſt in eo quod dicit. Non recordabor. quia recordari poteſt
dupliciter intelligi. Primo quantum ad ſimplicem obliuionem ⁊ hoc
modo non conuenit deo / quia omnia ſunt preterita preſencia et futu-
ra. Alio modo non recordari poteſt intelligi quantum ad vindictam
⁊ punicionem ſi quis recordatur de alicuius peccato ad ipſum puni
endum ⁊ iudicandum / ⁊ hoc modo non recordari dicitur de deo. Cum
ergo dicitur. Non recordabor ſenſus eſt iſte. Cum peccatorem peni-
tentem conſpexero / ita eum videbo ac ſi nūquam peccaſſet. Igitur exau
di tu anima vocem clamantis dei qui ad te loquitur / tibique dicit con
ſuga mea. Tu fornicata es cum amatoribus multis / tamen reuerte
re ad me ⁊ ego ſuſcipiam te. Cur tam dura es. O ingrata creatura /
cur non mollitur cor tuum ad vocem tam dulcem celeſtis ſponſi for
te dices. Timeo ipſum ⁊ deſpero propter multitudinem peccatorum me
orum an non audiſti que dixi paulo ante. Sed adhuc vt ſpes tua ſub
leuetur ſpeculare ⁊ conſidera illam peccatricem magdalenam cui domi
nus peccata dimiſit. O quam multa ⁊ varia cōmiſerat contra deum cum
perdicione animarum ſuorum primorum / ⁊ tamen ſcribitur Luc. vii.
c. Dixit ihesus criſt9 phariſeo qui de ipa murmurabat. Remittun
tur peccata multa. Marcus in euangelio ſuo aſſerit ihesum criſtū
ab illa eieciſſe. vii. demonia per que ſecundum Grego. in omel. ſu-
per luc. viciorū vniuerſitas deſignatur. O magna olim peccatrix. nūc
vero ſancta quid remiſit tibi lacrimanti criſtus nunquid vnum pec
catum certe inquiet omnes euangelicam vocē perſcrutātes nō vnū

ſed plura mihi dimiſſa ſunt vtinam omnes peccatores mundi ad pe
des iheſu currerēt ſicut ⁊ ego: q᷑ vnicuiqꝫ diceret. Remittunt̄ tibi
peccata tua: q̄ oībus nobis remittat dn̄s noſter iheſus xp̄s ſaluator
ſeculi ꝯcedens hic nobis gr̄az demū ꝑducēs nos ad eternaꝫ gloriā q̄
ſit benedict9 exaltatus magnificat9 in ſecula ſeculoruꝫ Amen.

¶ Sermo quintus de diuina caritate: i quo oſtenditur q̄ꝫ ardens ſit amor diuinus vt ſaluentur peccatores eciaꝫ in extremo vite ſi vere penitenciam egerint libenter ſuſcipit.

VEnite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati eſtis. iteruꝫ vbi
ſup̄ ⁊c̄. Rem grandē de caritate diuia aggrediar in p̄nti
ſermone in quo ꝯtemplabimī latitudinē diuini amoris q̄ tā
vehemēs ⁊ ardētiſſim9 eſt erga quoſlibet pc̄tōres vt ſal
uentur vt poſt inueteratā in malis ꝯſuetudinē diut̄nāqꝫ ꝑſeueran
ciam ſi ſe corrigere voluerit benigne adhuc eis veniā ꝑbet hoc vti=
qꝫ in quita flāma amoris ſaluator exꝑſſit cū dixit. Venite ad me oēſ
qui la. ⁊ one. eſtis ⁊c̄. Onus ſiquidē pc̄tōꝝ vetuſtatē ꝯſuetudinēqꝫ
deſignat q̄ aggrauat illos qui penitenciam differunt non ſoluꝫ vſqꝫ
ad decrepitam ſenectutem: verū eciā vſqꝫ ad extremum vite: hos
tamen ita tardos ac ſero penitentibus ſpōdet redēptor mūdi pecca=
torum indulgenciaꝫ. Ob qđ in p̄ſenti ſermone apiam hanc flāmam
more ſolito ſub triplici concluſione.

Pria ꝯcluſio vocat̄ difficltas. ¶ Scđa ꝯcluſio vocat̄ poſſibilitas
Tercia concluſio vocatur remiſſibilitas.

¶ Capitulū primū qualiter hi qui penitenciā differūt vſqꝫ ad extremum vite vix p̄nt vere penitere ꝓpter īpedimenta q̄ p̄nt occurrere.

PRima concluſio dicit̄ difficultas. Differre ſiquidē penitēciā
vſqꝫ ad extremū vite in malo ꝑſeuerādo ꝑiculoſiſſimū eſt:
qnia difficile eſt vt poſſit quis tunc digne penitenciam age
re ꝓpter quinqꝫ impedimenta que poſſunt occurrere.

Primū dicit̄ paſſionū alteracio. ¶ Secūdū dicit̄ caritatis priuacio
Terciū dicit̄ i peccatis habituacō ¶ Quartū dicit̄ diaboli īpugnacō
Quītū dicit̄ ꝓpinquoꝝ īimicacio. ¶ Primū īpedimentū dicit̄ paſſio
nū alteracō. Solꝫ em̄ eueire q᷑ i extremitate vite q̄ndo pc̄tōres īflā
mant̄ i ſēſitiua ꝑte adeſt maxi9 dolor ⁊ tīor maxi9. ⁊ q̄ndoqꝫ vtiqꝫ
ſiml᷑ ⁊ vtraqꝫ paſſo vehemēs nata ē īpedire libeꝝ arbitriū ⁊ vſū libe
re rōnis ⁊ volūtatis. Et licꝫ oēs nr̄e paſſiones rōnē ⁊ mētē hoīs tri
ſtare hēant: tn̄ ſm augu. li. lxxxiii. q̄onuꝫ. q. xxxiii. Paſſiones cāte
a triſtabilibus plus mouēt q̄ꝫ paſſiones cauſate a delectabilibꝫ. act9
autem diſplicencie de peccato ad hoc q᷑ ſit ſufficiens ad penitenciaꝫ
veram neceſſario requirit̄ habere vſū libeꝝ rōnis qui multociens
ꝓpt̄ paſſiones īpedit̄. Efficiūt̄ q̄ppe multi frenetici: ⁊ nec dei nec ſui
valēt recordari: mlt̄i ꝑdunt loquelā cū ſēſu ⁊ loqui quidpiā nō p̄nt

Hinc Augu. in ſermone de innocentibus ait. Hac aduerſione per cutitur peccator vt moriens obliuiſcatur ſui qui dum viueret oblitus eſt dei. Et hoc Augu. de pe. di. vii. c. Nullus ait. Nullus expectat quando peccare non poteſt arbitrii querat libertatē vt dolere poſſit cōmiſſa non neceſſitatem qui plus itaqꝫ a peccatis relinquitur q̄ꝫ il la relinquat: non ea libere ſed quaſi neceſſitate condemnat. ¶ Secū dum impedimentum dicitur caritatis priuacio. Ad hoc enim vt diſ plicencia peccatorum ſit deo grata eſt neceſſe ꝙ ſit debite circumſtā ciata principii ⁊ finis: hoc eſt ꝙ ſit voluntaria ꝓpter deum: vn̄ Au gu. in predicto. c. Nullus. Scriptū eſt inquit. Neminē ſine caritate poſſe ſaluari. Nō itaqꝫ in ſolo timore viuit homo quē ſecundo pe ni tet. oportet non ſolū deū timere iudicē: ſed eciā oportet diligere iuſtū vt non tantum penā timeat ſed anxietē ꝓ gloria. hec ille. Cum ergo in tali extremitate vite magis quis timore q̄ꝫ amore ducatur ad pe nitenciam ꝑiculoſum eſt tale tempus expectare. ¶ Terciū impedi mentum eſt peccatorꝫ habituacio: nam vt philoſophꝰ dicit habitus eſt qualitas de difficili mobilis. Ex frequentatis actibꝰ a ſuo ſubie cto generatē habitꝰ: cū itaqꝫ aliquis diuturno tempe in mūdi amo re ꝑſeuerauerit difficillimū eſſet ipm̄ trahere vt mundū nō diligat ⁊ deꝑdito mundo nō doleat. Dicit nāqꝫ Gre. in mor. Nūq̄ꝫ ſine dolo re ꝑditur: quod cū amore poſſidetē. Vidi ⁊ ego m̄lta exēpla de hoc Nā cū diues quidā laboraret in extremo. ego eū monebā vt animā ſuā deo ꝯmitteret. Ipe vero ſenciēs a ſuis domeſticis ⁊ familiaribꝰ ꝑ domū diſcurrentibꝰ ꝯtractari bona ſua cū ſuſpiriis dicebat. Heu me. heu me tantū laboraui ꝓ his bonis adipiſcēdis ⁊ modo diripiun tur mihi. O diuicie mee. O pecunie mee. O iocalia mea q̄s vos poſ ſidebit. Inter hec ⁊ huiuſmodi parꝫ de ſua ſalute ſolicitꝰ miſerrimꝰ expirauit. Fuit aliud exemplū eciā huic ſimile ī ciuitatte ſpoleti. Ibi enim erat puella quedā formoſa que vanitatibꝰ ſemꝑ intēta erat: ⁊ nihil de futura vita cogitabat hec infirmitate ꝑcuſſa monicōnes ⁊ ornamenta ſalutis abhorrebat. Tandē cū cerneret ſe ſuꝑuiuere non poſſe petiuit cūcta ad ornamētū corporis expectācia: ⁊ cū ſe ornaſſet quaſi nupcias viſitaturā cū ſingultibꝰ ⁊ ſuſpiriis. En moriar dicēs en dilectā mihi vitā ablatā ꝯſpicio. O diabole ſuſcipe aiam meā. inē hec verba expirauit dānata ⁊ deſꝑata. ¶ Quartum īpedimentū di citur impugnacio diaboli. Ingerit namqꝫ diabolus graues tempta ciones cum aliquem appropinquare fini conſpicit. De quo pſal. ait. Inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua: quia ⁊ ſi a circū ſtantibꝰ nō videatē apparet tn̄ durus ⁊ grauis his qui ad mortē cor poralem laborent. Vnde beda refert in geſtis anglorū ꝙ rex q̄dam Anglie Fernandus nomine habuit militem in armis probū ſed cor

ruptum in moꝛibus qui frequenter admonitus in ſanitate contēne
bat ſe coꝛrigere. Cum autem impꝛouiſa īfirmitate feriretur a rege
viſitatur ⁊ monetur ad penitenciam qui renuit dicens ꝙ vi videret̄
hoc facere ⁊ ex timiditate coꝛdis. Cum vero ad moꝛtis deduceretur
terminos/ iterum rex viſitauit euꝫ monens vt peniteret. Qui dixit
O domine mi rex tarde eſt cum iam ſum iudicatus ⁊ damnatus/ idō
non poſſum penitere/ qꝛ parum anteqꝫ ingreſſus fuiſti domum illā
intrauerunt duo clariſſimi iuuenes/ quoꝛum vnus ſedebat ad pedes
lecti mei/ Alius ad caput/ qui ⁊ dixerūt. Iſte adiudicatus eſt moꝛti.
Videamus ſi aliquid ius habemus in eo. Et vnus extraxit libꝛū ſpe
cioſiſſimum de ſinu meo. Sed valde puulum litteris aureis ⁊ fulgē
tibus ſcriptum in quo legens vidi aliqua parua bona que feceram ī
iuuentute mea anteqꝫ moꝛtaliter peccaſſem. ⁊ cum miro modo exal
tarem in viſione eoꝛuꝫ. Ecce duo teterrimi demones intrauerunt ⁊
poꝛtauerunt vnum magnum libꝛum ſcriptum teterrimis litteris in
quo vidi ſcripta omnia peccata mea/ atqꝫ mea flagicia/ ⁊ dixerūt di
ctis angelis qui hic erant. Quid hic facitis cum in eo nullum bonū
ſiue rectuꝫ habeatis ⁊ liber veſter nihil valet. Sed bene noſter. An
geli autem reſponderunt/ ꝙ verum eſt ⁊ receſſerunt. Et hi duo de-
mones cruciant me. quibus dictis expirauit. Nec tantuꝫ malis dia-
bolus moleſtus eſt in extrema uita/ verum eciaꝫ ⁊ bonis ⁊ ſanctis
Reſcribit Cirillus ad Augu. in tranſitu hieronimi. Quod euſebius
vir ſanctiſſimus olim diſcipulus hiero. cum eſſet e vita migraturꝰ
aduenienti autem die qua ſe ex hieronimi reuelacione migrari ſcie-
bat die tercio ꝑeunte laboꝛe febꝛium concuſſus valide ſe ſuꝑ terraꝫ
migrari non īmemoꝛ nudum deferri fecit a fratribus ⁊ a ſingulis oſ
culum accipiens benigna eos conſolacione confoꝛtauit vt in ſancto
manerent ꝓpoſito. Deinde ſaccum quo operiebatur glorioſus hiero.
deferri/ ⁊ ſupꝛa ſe deponi fecit. Oꝛdinauitqꝫ ſe nudum adinſtar glo
rioſi hiero. magiſtri ſui extra eccleſiam in qua iacebat ſancti hiero.
cadauer ſepeliri Poſt hec coꝛpoꝛe domini noſtri ihesu criſti ſe muni
ens deo ⁊ beato hieronimo deuote ſe cōmendauit/ ⁊ ſic per triduuꝫ
locucione coꝛpali ac pꝛiuatus viſione circūſtantibus alternatim fra
tribus pſalterium paſſionem domini/ ⁊ alia ſacra cōtinue legentibꝫ
iacuit. Durum quippe hoc quod narro ait. Cyrillus ⁊ cunctis racō
ne degentibꝰ foꝛmidabile die quo moꝛiturꝰ erat ante beate aīe exitū
ꝑ duas hoꝛas venerabil' Euſebius cepit ita terribiles actus perage-
re ꝙ circūſtantes monaci pauoꝛe ꝑtriti illud timentes in terra iace
bant. Nā qn̄doqꝫ trāſuerſis oculis manibꝰ ſimul iūctis voceqꝫ dura
facie t̄ribili clamabat. nō faciā nō faciā. mētiris mētiris poſt hoc ad
t̄rā rediēs faciem ſuā in terra firmabat q̄ntuꝫ poterat clamās. Ad

iuuate me fratres ne peream. Quod monachi videntes oculis lacri-
mantibus eum interrogantes quid esset. Ad quos ille. Nonne vidi
ſtis demonū agmina qui me debellare cupiunt. ⁊ illi. Quid te factu
rum volebant cum dicebas. Non faciam mentiris ait ille. Conaban-
tur namqꝫ vt dei nomen blaſphemarem. Tunc enim hoc facere nega
bam ac clamabam. at illi. Quare pater abſcondebas faciem tuam ī
terram. Reſpondit. Ne eorum conſpectum viderem qui tam turpis ⁊
terribilis eſt ꝙ omnes qui ſūt in mūdo reſpectu ei9 nihil ſunt. Tā
dem apparente hieronimo glorioſo feliciter expirauit. Et ſi ergo a
micus dei tam durum prelium cum diabolis eſt congreſſus quidqͦd
faciāt demones his qui dei ſūt inimici / ideo ſeruandū eſt illud ſap̄.
eccľ. v. c. Ne tardes conuerti ad deum / nec differas de die in diem /
ſubito enim veniet ira illius ⁊ in tempore diſperdet te. Quintū i
ꝑdimentum eſt amicorum ſeu ꝓpinquorum inimicacio. vt enim dn̄i
nus Mat. x. c. dixit. Inimici hominis domeſtici eius. Conuenit enī
illud diuitibus ⁊ magnatibus quibus in fine nullus audet nomina-
re confeſſionē vel ſatiſfactionē. Sed q̄ ſunt amici ſolicitāt ſi quid de
ſuis bonis rape poſſint. O quot moriunt̄ ſine penitēcia ꝓpter culpā
ꝓpinquorū. Hinc eſt ꝙ eccleſia medicis preceptū dedit. extra de pe
⁊ remiſ. c. Infirmitas dicens. Cū infirmitas nonnūqꝫ ex peccato ꝓ
ueniat dicēte domino languido quē ſanauerat. Vade ⁊ amplius no-
li peccare ne deterius tibi contingat preſēti decreto ſtatuimus ⁊ di-
ſtricte precipimus medicis corporum / vt cum eos ad infirmos voca-
ri contigerit ipſos ante omnia moneant ⁊ inducāt vt medicos aduo
cent animarū / vt poſtqꝫ infirmo fuerit de ſpūali ſalute ꝓuiſū ad cor
poralis remedium medicine ſalubrius ꝓcedatur / cū ceſſante cauſa
ceſſat ⁊ effect9. hec ille. Cum itaqꝫ ex predictis aliiſqꝫ īpedimentis
ſepe penitenciam differentibus periculum graue imminet non eſt vſ-
qꝫ in finem ſecurū tardare.

Capitulū ſecundū q̄liter nō negat̄ peccatorib9 penitencia eciā in
extremo vite / ⁊ ꝙ de nullo peccatorū eſt deſperandū in hac vita.

Secunda concluſio dicitur poſſibilitatis. Nā ⁊ ſi poſſe diffi
cile vt homo qui diu in malo perſeuerauerit ad bonam viā
redeat / non tamen eſt impoſſibile / imo poteſt eſſe vt quiſpi
am omni tempe vite ſue fuerit malus / ⁊ tamen ī vltimis ad deū re
uertatur / probatur equidem hec quintuplici via.

Prima via dicitur auctoritatis. Secūda via dicit̄ libertatis.
Tercia via dicitur ꝑcepti maieſtatis. Quarta via dicit̄ caritatis
Quinta via dicitur exēplaritatis. Pria via dicitur auctorita-
tis. probatur enim eſſe poſſibile vt homines ad ſalutē veniant poſt
diuturnam in peccatis conſuetudinem auctoritate Augu. ⁊ ponit̄

de pe·di·vii·c·Nemo. Nemo eſt deſperandus du꞉ in hoc corpore con⸗ ſtitut9 eſt. ⁊ idem in li·de vita criſtiana ait·Nō nullos ſcim9 ⁊ legi mus q̄ antea aut ignorācie cecitate aut cauſa pfidie/ aut adoleſcen cie vanitate decepti multiplici/ ⁊ vario peccatoru꞉ genere tenebant obnoxii/ ⁊ per ſuſtinentē dei clementiſſima꞉ penitenciā pocius ab er rore conuerſi maiora adhuc opera feciſſe iuſticie q꞉ ante peccata con miſerant·Secunda via dicitur libertatis·anteq꞉ enī꞉ de corpore exit anima vnuſquiſq꞉ viator liber eſt/ ⁊ de cōmuni legi ad bonum ⁊ ad malum pronus/ vnde ſicut ſe habet vnuſquiſq꞉ peccator ad bonū ſic quilibet iuſtus ad malum. Sed quādiu in libero arbitrio ſum9 vnuſ quiſq꞉ quantumlibet ſanctus ſecurus eſſe non poteſt/ ita et omnis peccator quantūcunq꞉ neq꞉ deſperare nō debet. Propterea hiero. ad Julianum ait. Etenim ſancti corruunt ſi fuerunt negligētes ⁊ pec catores priſtinum recipiunt gradu꞉ ſi ſordes fletibus lauerint hoc q̄ dem dico vt te non terreant deſcendentes/ ſed prouocent aſcendentes nunq̄꞉ a malis exemplum ſumit ⁊ in rebus ſeculi ſemp a parte me liori incitamenta ſalutis ſunt virtutum hec ille. Tercia via dicitur precepti maieſtatis·Nam ſatiſfacere deo vſq꞉ ad extremum eſt oī⸗ bus preceptum/ precepit nāq꞉ deus penitenciam indifferenter pecca toribus. Sed vt ait Augu·in ſermone confeſſorum·Seruum pigru꞉ non damnaret ſi ea que fieri nullo modo poterāt imparet·ergo idif ferenter omnes peccatores poſſunt facere penitenciā. ¶Quarta via dicitur caritatis·Omnes ex caritate tenentur diligere p̄ximos ſuos ſiue ſint boni ſiue ſint mali/ ſed fundamentum huius caritatis eſt/ q꞉ proximi poſſunt participare beatitudinem/ ſed qui ſunt mali ſunt tanq̄꞉ p̄ximi ex caritate diligendi/ ergo poſſunt participare beatitu⸗ dinem·Sed hoc non poſſunt q꞉diu ī peccato ſunt ergo poſſunt a pec cato reſurgere. ¶Quita via dicit̄ exēplaritatis· que p̄batur exēplo Legitur in legenda ſancti andree. Quod ſenex quidam nomine Ni colaus adiit ad ſanctum Andreā dicens·Domine ecce. lxx. anni vi te mee in quibus luxurie deſeruiui/ accepi aliq̄n euangelium orans deum vt mihi āmodo otinencia꞉ largiretur/ ſed in ipſo peccato inue teratus ⁊ mala concupiſcencia inflāmatus ſtatim ad opus ſolitum reuertebar. quadam autē vice oblitus euangelii quod ſup me poſue rā ad lupanar iui/ ſtatiq꞉ meretrix dixit mihi·Egredere ſenex egre dere/ q꞉ angel9 dei es tu/ ne me otingas/ neq꞉ huc accedere p̄ſumaſ Video enim ſuper te mirabilia·Stupefact9 recolui q꞉ mecum euan gelium retuliſſem. Nunc ergo ſancte dei pro ſalute anime mee pia tua oracio intercedat. Audiens hoc beatus andreas flere cepit/ et a tercia vſq꞉ ad horam nonam orauit/ et ſurgens omedere voluit/ ſed dixit·Non comedam niſi ſciam ſi deus miſerebit̄ iſtius ſenis·Cūq꞉

·p·iii·

diebus·ꝟ·ieiunaſſet venit vox ad andream dicens· O paciēs andrea pro ſene·Sed ſicut ieiuniis maceraſti te ſic ⁊ ipē ſe affliget ieiuniiſ vt ſaluetur· Quod ⁊ ipſe menſibus·vi·in pane ⁊ aqua ieiunauit·⁊ poſtmodum plenus bonis operibus ī pace quieuit·Venit ergo vox ad Andream dicens·Per oracionem tuam Nicolaum quez perdide ram acquiſiui·ergo ex his colligimꝰ ꝙ nemo ſit tā prauus qui poſt retenta facinora longo tempore penitere non poſſet· Aliud eniz eſt dicere ꝙ ſit difficile/⁊ aliud ꝙ ſit impoſſibile· Primum verum eſt Secundum non ſolum falſum/ſed hereticum et contra omnem veri tatem ſcripture·

Capitulum terciuz qualiter ſi nūq̄z homo benefeciſſet/ ſed ſemp fuiſſet malꝰ/tn̄ ī vltio uite penitenciam ageret deꝰ ſibi idulgeret·

TErcia concluſio dicitur remiſſibilitatis·Poſito eniz ꝙ aliq̄s toto tempore vite ſue inimicus dei fuerit nihilq̄z boni ope ratus eſt ab infancia/ vel in puericia/ vel in adoleſcencia vł iuuentute/ vel deniq̄z in ſenectute adhuc de illius ſalute non eſt de ſperandum·Talis egrotat grauiter nihil cogitans de emendacione non ſic eſt deſperandum incipit laborare in extremis/ nec agit peni tenciam adhuc non eſt deſperandum/ducitur ad talem terminum ꝙ non poteſt amplius dicere niſi hec verba·Peccaui deꝰ miſerere mei Si ex corde talia loquitur tam ampliſſima eſt dei miſericordia ꝙ in dulget ſibi omnem vitam male actam/⁊ aſcribit eū in numero ele ctorum/⁊ hoc probatur quintuplici teſtimonio·

Primum eſt hieronimi· Secundum eſt Leonis pape·
Tercium eſt Julii pape· Quartum eſt Cipriani·
Quintum eſt Celeſtini·

Primum teſtimonium eſt hieronimi ad paulam de dormicione bleſille que vigeſimo ſue etatis anno diez clauſit extremum dicentis ſic·Cum ſanctum corpuſculuz febriū ar dor ex eo quereret ⁊ ſemianimem in lectulo vallaret circulus ppi quorum hec in extremis verba mandabat·Orate dominum ihesum vt mihi ignoſcat ꝙ implere non potui quod volebaz· ſecura eſto o mi bleſilla· Confidimus pbantes vera que dicimꝰ nūq̄z eſt ſera cō uerſio vox hec primum in latrone dedicata eſt· Amen dico tibi/ ho die mecum eris in paradiſo·Et idē ad Damaſuz papam· Et ponitur de·p·di·iii·c·Importunis·criſtus inquit de cruce ī paradiſuz latro nem tulit/⁊ ne quis aliqn̄ ſeram conuerſionez putaret fecit homici dii penam martirium·Secundum teſtimoniuz eſt leonis pape· Et no tatur ī decretis·xxvi·q·vi·c·his qui·vbi ait·Miſericordie dei neq̄z mēſuras poſſumꝰ ponere/neq̄z tp̄a diffinire apd̄ quē nullas patit̄ ve nie moras ꝯuerſio dicēte ī ſpū dei ꝓpheta·cū ꝯuerſus īgemueris ſal uus eris·Terciū teſtimoniū ē Julii pa·xxvi·q·v·c· Si pſbiter vbi

aſt· Vera confeſſio in vltimo tempoꝛe poteſt eſſe/ quia dominus nō
ſolum tempoꝛis/ ſed eciam coꝛdis inſpectatoꝛ eſt/ ſicut latro vnius
momenti tempoꝛe meruit eſſe in paradiſum in hoꝛa vltime confeſſio
nis· Quartum teſtimonium eſt Cypꝛiani in epiſtola ſecunda ad de
metrianum qui dicit· In iſto adhuc mundo permanenti nulla adhuc
penitencia ſera eſt/ patet ad indulgenciam dei aditus· ⁊ querentibꝰ
atqꝫ intelligentibus veritatem facilis eſt acceſſus· Quintuꝫ teſtimo
nium eſt Celeſtini pape· xxvi· q· vi· c· Cognouimꝰ· perdidiſſet ait la
tro in cruce pꝛemium ad criſti dextram pendens ſi illum hoꝛe vnius
penitencia non iuuiſſet cum eſſet in pena penituit/ ⁊ pꝛo vnius con-
feſſione ſermonis habitaculum paradiſi eo penitente pꝛomeruit ve
ra ad deum conuerſio in vltimis poſitoꝛum mente pocius eſt eſtimā
da q̃ꝫ tempoꝛe pꝛehabita hoc taliter aſſerente cum conuerſus inge-
mueris tunc ſaluus eris· hec ille· Patet ergo ꝙ largiſſima eſt dei ca
ritas/ ⁊ effuſa pietas illius qui non tantuꝫ peccata relaxat/ ſed eciā
ex modica penitencia fetidiſſimos peccatoꝛes ad ſuam graciaꝫ ſuſci
pit quam nobis ipſe largiatur qui eſt benedictus in ſe· ſe· ¶ Amē·

¶ Sermo ſextus de diuina caritate in quo aperitur q̃ꝫ inextimabi-
le ſit pꝛeciuꝫ noſtre redempcionis/ vbi offertur copioſiſſime ſanguis
xpꝛiſti vt peccata aboleantur/ quem ipſe xpꝛiſtus paſſus offert om
nibus gracioſe etcetera·

Venite ad me omnes qui laboꝛatis ⁊ onerati eſtis ⁊c· Cu
pienti ſcire pꝛofundum diuine caritatis neceſſariuꝫ eſt in
ſpicere dei filium in cruce pendentem qui vt paterne iuſti
cie ſatiſfaceret recuperaretqꝫ perditum humanum genus
voluit pꝛecioſum ſanguinem ſuū effundere cuius virtute nobis pec
cata condonant̄ gracia cōceditur ⁊ aperit̄ ianua regni celoꝛū· Erāt
enim tria que homines in celum conſcendere impediebant diabolica
poteſtas/ dei iuſta ſeueritas/ ⁊ pꝛopꝛia hominum malicia pꝛopter q̄
dignatus mundi redēptoꝛ in ſuo coꝛpoꝛe ſacratiſſimo ſuſcipere omē
debitum ſatiſfactionis/ vnde omnes peccatoꝛes ad deum volentes ſe
curum habent ad illum acceſſum cuius non pꝛopꝛia merita/ ſed in
nocentis ihesu meritum offerre valent/ idcirco in pꝛeſenti ſermone
de ſexta flāma diuine caritatis dicendum eſt/ que pꝛecioſitas nuncu
patur/ de qua ſaluatoꝛ dicit· Ego ſcꝫ· Ego ſum ipſe qui peccatoꝛū ve
ſtroꝛum abſolucione pꝛecium ſufficientiſſimuꝫ ſoluo· Ad que pleniꝰ
intelligendum notabimus tres condiciones crucifixi pacientis oppo
ſitas īpedimentis noſtre ſalutis· ¶ Pꝛia ↄdicio dr̄ abiectōis hūilitas
Secūda dicit̄ doloꝛis acerbitas· ¶ Tercia dicit̄ extrema paupꝛtas

¶ Capitulum pꝛimuꝫ de humilitate xpꝛiſti in cruce qua vicit diabo
li ſuperbiam que impediebat homines ne ſaluarentur·

Prima condicio vocatur abiectionis humilitas. voluit ſiqui
dem Iheſus benedictus a poteſtate diaboli liberare nos per
ſuam abiectionem ⁊ humilitatem/ mors quidē eius abiectiſ
ſima ⁊ ignominioſiſſima ⁊ viliſſima fuit eo volentem vt diabolum
humilitate vinceret/ poteſt autem humilitas crucifixi oſtendi ſi cō
ſiderētur tria·vz·locus/ tempus/ ⁊ modus· Primo quidē fuit mors
xpriſti abiectiſſima racione loci/ nam qui elegit Bethleem natiuitati
⁊ Hieruſalē ſue paſſioni elegit vt maior mortis eſſet ꝙ ortus ſui ex
titiſſet gloria·erat enim hieruſalē metropolitana principalis ſedis
magiſtri ⁊ ſacerdocii·Et ideo ibi voluit pati ille qui erat Rex magi
ſter ⁊ ſacerdos/ ⁊ in cultu vnius dei ⁊ in magno populo·Nam dici
tur actuum·ii·⁊ erant habitantes hieruſalem iudei viri religioſi ex
omni nacione que ſub celo eſt/ ⁊ ſubditur Parthi ⁊ Medii relami
te/ ⁊ qui habitabant Meſopotamiā iudeam ⁊ cappadociam pontū
⁊ aſiam frigiam ⁊ panphiliam Egyptū ⁊ partes Lubie que eſt cir
ca cirenem/ ⁊ aduene Romani Iudei quoqꝫ proſeliti cretes ⁊ Arabes
ex quo patet ꝙ eius mors fuerit maxime ignominie propter diffuſio
nem infamie ad omnes mundi partes ·Fuit eciam crucifixus in mō
te Caluarie/ ut Io·xix·ſcribitur vbi impii cruciebātur ⁊ decapita
bantur·Hinc quidem eſt mons in quo Abraam voluit imolare filiū
ſuum yſaac·Gen̄·xxii·Secūdo fuit xpriſti paſſio ignominioſiſſima
racione temporis/ quia paſſus eſt in feſto azimorum/ quando de to
ta iudea populus Iſrahel in hieruſalem conuenire debebat· Naz ſe
cundum Nico·de lyra viri ter in anno tenebantur hieroſolimis et ī
tereſſe feſto/ ⁊ apparere coram domino·Primo in paſcate que in an
no illo fuit feria ſexta·⁊ tali die crucifixus eſt Iheſus· Secundo in
penthecoſte in memoriam date legis in mōte ſynai·Tercio in ſceno
phegia quod idem eſt/ quod fixio tabernaculoruz/ ⁊ fiebat in memo
riam·xl·annorum/ quibus filii Iſrahel fuerunt in deſerto. Tercio
fuit xpriſti paſſio vituperoſiſſima racione modi quia crucifixus eſt in
alto loco/ vt ab omnibus videretur ⁊ poſitus eſt in medio latronuz
tanqꝫ ipſe duobus illis latronibus deterior extitiſſet·Hec autez oīa
iheſus pacienter tulit vt diaboli exſuperaret poteſtatē· vnde ⁊ Io·
apoc·xx·c·ait· Vidi angeluz deſcendentem de celo ideſt xpriſtuz ha
bentem clauē abiſſi/ ⁊ cathenam magnam in manu ſua/ ⁊ apprehē
dit draconem magnum ſerpentem antiquum/ qui eſt diabolus ⁊ li
gauit eum ⁊ clauſit in abyſſum/ ⁊ poſuit ſignaculum ſuper ipſum.
Per iſtum angelum ſecundum omnes expoſitores intelligitur xp̄s
qui virtute ſua diaboli poteſtatē ligauit/ ſed nō imerito aliquis poſ
ſet obicere ꝙ ſcꝫ diaboli poteſtas nō eſt ligata·nam petri·v· dicitur
Sobrii eſtote ⁊ vigilate/ ꝙ aduerſarius veſter diabolus tanqꝫ leo ru

gìens circuit querens quē deuoret. Et ephe. vi. c. Non eſt vobis col
luctacio aduerſus carnem ⁊ ſanguinem/ ſed aduerſus mundi recto
res tenebrarum harũ. Ad quod reſpondet hal. in. iii. volumine ſũ
me ⁊ bonaũ. in tercio di. xix. Quod eciam magiſter ſen. in littera di
cit/ per paſſionem criſti liberati ſumus a poteſtati diaboli/ omnes q̄
dem quantum ad ſufficienciam/ ſed illi ſoli qui ſunt de eius corpore
quod eſt eccleſia quantum ad efficaciaꝫ quod ptꝫ ſic. Nam diabolꝰ
ante criſti paſſionem habebat duplicem manum ſcꝫ attrahentem et
impellenteꝫ. Manus attrahens erat poteſtas trahendi homines ad
lymbum eciam iuſtos ⁊ ſanctos/ manus impellens erat poteſtas p̄
cipitandi in malum ⁊ fallaciam per violenciam/ quia tētabat vt dra
co/ ⁊ tentabat vt leo. Prima manus attractiua erat tante potencie
vt nullꝰ poſſet ei reſiſtere ⁊ hec fuit omnino debilitata criſti paſſio
ne. Jam enim nullum iuſtum poteſt ad lymbum trahere/ qꝛ per paſ
ſionem criſti deletum eſt cyrographum peccati Ade. Manum autē
impellentem habebat ita fortem vt cũ magna difficultate poſſet q̄s
ei reſiſtere. Et ideo in multis regnabat imo fere in omnibus ⁊ omēſ
ſuperabat/ vel ꝑ fraudulenciaꝫ vel per violenciam ⁊ huiuſmodi pote
ſtas debilitata eſt per paſſionem criſti/ per queꝫ lumen veritatis ape
ritur contra diabolicam fraudulenciam/ ⁊ adiutoriũ tribuitur virtu
tis contra diabolicam violenciam lumeꝫ veritatis/ interius per diui
nam inſpiracionem/ exterius per humanam inſtructioneꝫ. Jam itaqꝫ
fere in omnibus eſt veritas ꝓpalata. ⁊ ideo deſtructa eſt idolatria q̄
prius regnabat. Adiutorium in virtute attribuitur per gracie infu
ſionem que reprimit concupiſcenciam/ ⁊ hoc merito paſſionis xpi
ſti quem diabolus abhorret ⁊ timet. Et ſic poteſt ad obiecta reſpon
deri. Quicunqꝫ ergo criſtum interroget/ cur caput nō erigit in cru
ce. Audiet illum protinus reſpondentem. Heu quanta eſt confuſio
mea. Ego ille ſum qui hieruſalem intraueram clamantibus pueris.
Benedictus qui venit in nomine domini. Et omni populo iubilan-
te. Et modo nudus pacior in medio latronum vt hominem liberem
a diabolica ſuperbia ⁊ poteſtate.

Capitulum ſecundum de imenſo dolore criſti in cruce quem ſuſti
nuit vt ipſe ꝓ omnibus peccatoribus penitenciam faceret.

SEcunda condicio criſti pacientis fuit doloris acerbitas vt pe
nas noſtras ip̄e portaret de quibꝰ Jſa. liii. c. ait. Vere lang
uores noſtros ip̄e portauit/ ⁊ nos putauimus eum quaſi lep
ſum ⁊ percuſſum a deo humiliatum. Jpſe auteꝫ vulneratus eſt ꝓpt
iniquitates noſtras ⁊ attritꝰ eſt ꝓpter ſcelera noſtra diſciplina pacis
noſtre ſuper eum/ ⁊ liuore eius ſanati ſumꝰ. Omnes nos quaſi oues
errauimus vnuſquiſqꝫ in viam ſuam declinauit/ ⁊ dominus poſuit i

eo iniquitatem omnium noſtrū. Et prima petri. c. ii. Peccata noſtra
pertulit ſuper lignum vt peccatis mortui iuſtiſſime viuamus cuius
liuore ſanati ſumꝰ. Que verba declarans magiſter in tercio di. xix.
ait peccata portare eſt pro peccatis noſtris penaꝫ pati. Doluit itaqꝫ
Jheſus pro nobis. Ad cuius pleniorem intelligenciam tria de ipſo
conſideremus. ¶ Primo veritatem. ¶ Secūdo grauitateꝫ.
¶ Tercio vtilitatē. Primo conſideremus doloris xpriſti veritateꝫ
Non enim videtur quibuſdā criſtū vere doluiſſe quia arguunt prio
ex quodam dicto Jllarii. Jn. x. li. de trinitate vbi ait. Virtꝰ corpa
lis ſine conſenſu pene vim pene in ſe deſeuientis excepit. ¶ Sed ve
rus dolor non eſt ſine conſenſu pene. ergo i criſto non fuit verus do
lor. Secundo arguunt ex dicto dioniſii qui ad Jc. euangeliſtam ita
ſcribit. Abſit vt ego inſaniam vt credam ſanctos aliquid pati ſecū
dum corporis paſſioneꝫ/ ſed ſecundum ſolum iudicare ipſos ſentire
crede. Si ergo hoc eſt verum ſancti non ſenſerunt paſſiones/ nullꝰ
ſecundum iudicium non ergo ſecundum experienciam. ergo paciendo
non habent dolorem verum ergo multo minus ſanctus ſanctorum
xpriſtus. Tercio arguūt quia Moyſes ieiunauit. xl. diebꝰ ⁊. xl. no
ctibꝰ ſine aliqua corporis leſione ꝓpter continuā cōtēplacionē. Si er
go ꝑfecto contemptacionis aufert paſſionem ⁊ ſenſum famis pari
racione videtur ꝙ aufert ſenſuꝫ doloris in carne paſſibili. Si in xpo
fuit continua contemplacio ⁊ ꝑfectiſſima. ergo videtur ꝙ nulla fue
rit in eo doloris experiencia. Quarto arguunt/ ꝙ natā agens preſtā
cior eſt paciente/ ſed natura aſſumpta preſtancior eſt omni alia/ er-
puerum equitātem vſque putheoles veheret / hoc per annos plurimos
tamdiu geſtum eſt / donec aſſiduo ſpectaculo deſineret eſſe miraculū
Sed vbi puer obiit ſub oculis publicis deſiderii merore delphinus inte
riit. In africo quoque littore delphinus ab iponenſibus paſtus eſt / tra
ctandumque ſe prebuit impoſitos quoque frequenter geſtauit proconſulem a⸗
frice flauianus ipſe eum contingit. Apud laſſum autem in vrbē puerum
delphinus adamauit / quem per maria inſidentem cum vndoſior fluctus
necauiſſet delphinus ad terram reuexit / et illud reatū ſuum fateretur

penitenciam ſuam morte mādauit nec ampliꝰ ī profunda reuerti vo
luit· Hec Ageliꝰ in libro noctiū acticarū ⁊ Augꝰ· li· i· de ci· dei· c·
xiiii· dicit· Quod Ariō citbariſta optiꝰ apiando corītbiorū rege artis
grā dilectꝰ fuit a quo licēcia optēta ſiciliā ⁊ alias ptes italie viſita-
uit/ ⁊ demulcēs aures oīm ⁊ mētes adeo vt mltas q̄ntitates pecunie
ꝯgregaret ⁊ reuerti ꝓponēs corīnthū elegit ſibi nauim ⁊ nautas co
rīntbiorū naute proiecta in altum naui tenuerunt conſilium de ipſo
necando· Arion autem intellecta morte pecuniam ⁊ bona ſua obtu-
lit/ ⁊ cuncta que babebat illis dedit ꝑ ſalute tunc ei naute inquiunt
ſibi vim ꝓpriis manibus nō offerre ſed imperant ꝙ ipſe ſolus ī ma
ri ſaliat· Orauit tunc citbaredum arion ꝙ ſibi permittāt nobiles ve
ſtes capere· ⁊ cum fidibus illius carmen canere· Naute vt delecta-
retur eius cantu quod orauerat conceſſerunt· arion ergo ſtans in ſū
mo puppis ornatus altiſſima voce cantauit demū cuꝫ fidibus/ ⁊ or
natu ſeſe in profunduꝫ egit· naute nequaq̄ꝫ dubitātes quin periſſet i
curſu ſecuti ſunt· Sed contingit delpbinuꝫ aduenīſſe dorſoq̄ꝫ ſuo cā
torem in latoniam regionem piander vero petiuit corīntbuꝫ/ retulit
q̄ꝫ omnia regi qui nautas fecit inquiri· Quibus inuentis interroga
uit/ quid foret de arione qui reſponderunt· Cum eſſet in italia quos
tamen mentiri volentes rex de veritate conuicit· Huius biſtorie ar
gumentum dicit Agelius· Quod catbenis ſuo tempore ſculpituꝫ at
q̄ꝫ pictum videbatur ſimulacrū ſcꝫ delpbinꝰ vebemēs ſuꝑ quo effi
gies ſedebat bumana· Diximus illa vt clareat omnibus nō eſſe du
rum quod loquimur de bominis conditi impoſſibilitate· Secūda dif
ficultas eſt de illius ſtatus īmortalitate/ quomodo ſcꝫ poterat tūc il
lud eſſe incorruptibile ⁊ īmortale. Nam omne compoſitum ex cōtra
riis eſt naturaliter diſſolubile ⁊ corruptibile igitur ⁊c̄· Ad iſtud re-
ſpondet bugo in li· de ſacramentis/ vbi dicit tres ſtatꝰ bū'ane nat̄e·
Primus eſt nature condite· Secundus eſt nature lapſe·
Tercius eſt nature beate· In primo ſtatu babuit bomo poſ-
ſe peccare/ ⁊ ſic babuit poſſe mori/ ⁊ nō poſſe mori· primo modo fu
it vt in ipſo eſſet corpis īmortalitas· In ſecūdo ſtatu babuit poſ
ſe mori/ ⁊ non poſſe non mori· Et ſic poſſe peccare/ ⁊ non poſſe non
peccare/ quoniam in boc ſtatu eſt peccandi ⁊ moriendi neceſſitas· in
tercio vero ſtatu babebit poſſe non mori ⁊ non poſſe nō mori· Sicut
⁊ non poſſe non peccare/ ⁊ non poſſe peccare/ quoniam ad bunc ſta
tum pertinet moriendi ⁊ peccandi impoſſibilitas· Sanctꝰ vero tbo·
in prima parte· q· lxxxxvii· dicit· Quod aliquid poteſt dici incorrup
tibile tripliciter. Vno modo ex parte materie eo ſcꝫ ꝙ non babet ma
teriam ſicut angelus/ vel babet materiam que non eſt in potencia/
niſi ad vnam formam ſicut corpus celeſte/ ⁊ boc dicitur ſecundum

naturam incorruptibile. Alio modo aliquid dicitur icorruptibile ex
parte forme! quia ſcꝫ rei corporali inheret aliqua diſpoſicio per quaꝫ
totaliter a corrupcione prohibetur. Et hoc dicitur icorruptibile ſecū
dum gloriaꝫ! quia vt Augu. dicit in epiſtola ad dioſtorum. Tam po
tenti natura fecit deus animā vt eius beatitudine redundet eciaꝫ cor
pus plenitudo ſanitatis ⁊ incorrupcionis vigor. Tercio modo dici-
tur aliquid icorruptibile ex parte cauſe efficientis! ⁊ hoc modo i ſta
tu innocencie fuiſſerit incorruptibilis ⁊ imortalis! qꝛ deus ſic voluit
Hinc ait augu9. in queſtionibus noui ⁊ veteris teſtamenti. Deus
hominem fecit! qui q̄zdiu non peccaret imortalitate vigeret vt ipſe ſi
bi auctor eſſet! aut ad mortem aut ad vitam Et idem in li. de baptiſ
mo paruulorum ait. Fiebat inquit ordo iuſticie! vt ſicut omnia domio
ſuo ita ⁊ corpus obediret. Et in li. de ci. dei. xiii. c. iii. ait. Fatenduꝫ ē
primos homines ita fuiſſe inſtitutos vt ſi non peccaſſent nulluꝫ ge
nus mortis experirentur ſed eoſdeꝫ primos homines ita fuiſſe mor
te mulctatos ! vt quicquid ex eorum ſtirpe fuiſſet exortum! ea
dem pena teneretur obnoxium! p magnitudine quippe culpe illi9 na
turam damnacio mutauit in peius! vt quod penaliter preceſſit i pec-
cantibus hominibus primis naturaliter ſequeretur innaſcentibus
ceteris. hec ille Et ideꝫ in li. xiiii. de ci. dei. c. xxvi. dicit. Viuebat ita
qꝫ homo in paradiſo ſicut volebat q̄zdiu hoc volebat quod deus iuſ
ſerat. Viuebat fruens deo ex quo bono bon9 erat! viuebat ſine vlla
egeſtate! ſicut ſēper viuere habēs i poteſtate! cib9 aderat ne eſuriret
potus ne ſitiret lignum vite ne illum ſenecta diſſolueret. ¶ Tercia
difficultas dicitur de cibi neceſſitate. Si enim corpus erat impaſſibi
le quomodo cibis indigebat. Et reſpondet augu9. in queſtionib9 no
ui ⁊ veteris teſtamenti. Quod imortalitas primi ſtatus erat ſecun-
dum vim quandoqꝫ ſupnaturalem in anima reſidentem! non auteꝫ
per aliquam diſpoſicionem corpori inherenteꝫ! vnde p ſolucione cor
poris aliquid de humido ſcꝫ corpis poterat deperdi ⁊ ne totaliter cō
ſumeretur neceſſe erat per aſſumpcionem cibi homini ſubueniri.
Secundo conſideremus hominis vitam ſecundum ſtatū nature lap
ſe. Peccante ſiquidem homine introducta fuit lex mortis vt mori-
retur vſqꝫ ad conſūmacionem ſeculi iuxta cōminacionem dei dicen-
tis geñ. ii. Quacunqꝫ die comederis morte morieris ideſt mortis ne
ceſſitatem incurres! vel morti obligatus eris ſecundum quod expo
nit augu. ſuper Geñ. Veruntamen in illis primordiis longa fuit vi-
ta illorum! adeo vt audiētes adā vixiſſe nōgentis. xxx. annis. Et ma
lalee! nongentis. lv. annis. Et Jared nongentis. lxii. annis. Et Ma-
thuſalem nongentis. lxix. annis vt ptꝫ geñ. v. c. plurimum admiran
tur. Vnde apud pleroſqꝫ varia ⁊ falſa quidem de annis illis opinio

eſt exorta·Nam vt dicit augu·li·xv·de ci·dei·c· Aliqui dixerunt ꝙ
x anni illius temporis accipiuntur vno anno modo noſtro volentes
ꝙ nongenti anni ex illis eſſent nonaginta· Sed falſum eſſe hoc cõ
ſtat quia vt ex codicibus colligitur·habetur enim gen̄·v·c·Centum
⁊·xxx·annorum erat adam quando tercium genuit filiuꝫ/ qui anni
ſecundum illos eſſent·xv·ex noſtris·Sed obmittamus adã quia for
taſſe eciã quando creatus eſt generare potuit·Sed quid de Seth de
quo habetur ꝙ centum·v·erat annorum quando genuit Enos/ac ꝑ
hoc nonduꝫ habebat annos·xi·Enos vero·xx·erat annoruꝫ quando
genuit malaleel/⁊ ſic ſeptem annos habebat· Quis homo generat
ſeptem annis·ſi tunc anni·lxx·nũcupant̃ qui ſeptem fuerunt·Pli
nius vero cum audiſſet homines ad tot perueniſſe annos hec om̃ia
inſcia ipſa perueniſſe eſt arbitratus inquiens quoſdam tranſiſſe an
num eſtate eciam alium hiemi·Archades trium menſiuꝫ annos ha
buiſſe egypcios ⁊ lauinios·xiii·Acharuanas ſex· Contra quaꝫ opi
nionem augu9· ſup gen̄·ad litteram adducit ſcripturam dicentem·
Sexcenteſimo anno vite ſue menſe ii·die·ſeptima menſis/rupti ſũt
omnes fontes abyſſi magn̄i·Et gen̄·c·viii· Requieuit archa menſe
vii·xxvii·die menſis Super montes armenie/at vero aque ibant ⁊
decreſcebant vſqꝫ ad·x·menſem·⁊ poſt ſubdit ſcriptura·Sexcenteſi
mo primo anno vite Noe primo menſe prima die menſis imminu-
te ſunt aque ſuper terram·Tales igitur erant tunc anni quales et
nunc·Et ſi adhuc vltra queratur quomodo tam diu hominuꝫ illorũ
vita poterat elongari·Ad hoc reſpondet nicolaus de lyra ſup gen̄·
v·c·Ex verbis ioſephi in·i·li·antiquitatũ·Qui opinioni noſtre imo
ſcripture ſancte de annis concordat aſſerens hieronimum egyptiũ ⁊
beroſum caldemii ⁊ manetham idem tenuiſſe in illis libris/quos de
antiquitate ſcripſerunt ꝙ hoc fiebat multiplici racione·Prima racõ
ſumitur ex bonitate complexionis primoruꝫ parentum qui fuerunt
a deo imediate formati/⁊ per conſequẽs optime complexionati· Et
ſic ad longiorem vitam diſpoſiti/⁊ illa bonitas complexionis magis
venit ad homines ꝓpinquos illius temporis q̃ꝫ remotos tẽporis mo
derni· ¶Secunda racio ſumitur ex modo viuendi/ quia temꝑate vi
uebant· ¶Tercia racio ſumitur ex bonitate nutrimenti ꝙ ante di-
luuium terre naſcencie fuerunt meliora q̃ꝫ poſt/quia inundacio dilu-
uii fuit pro maiori parte ex aquis occeani ſalſis que inducunt ſterili
tatem terre/⁊ per conſequens reddunt peiora terrenaſcencia ex qui
bus abbreuiatur hominis vita· ¶Quarta racio ſumit̃ ex ſciẽcia ade
quia formatus fuit in ſciẽcie perfectione·Et ideo cognouit virtutes
fructuum herbarum ⁊ lapidum precioſorum que faciunt ad conſer
uandam ſanitatem ⁊ vitam prolongandaꝫ ⁊ de hoc docuit hom̃ies

illius temporis. Quinta racio ſumitur ex bono aſpectu ſiderum ſu
per regionem illam in qua manebant/ qui aſpectus multuz facit ad
longitudinem vite. ſed per motum celi continuz mutatus eſt tempe
precedenti. Sexta racio ſumitur ex diſpoſicione diuina hoc ordinante
vt per longam vitam hominum multiplicaretur genus humanum.
Poſt omnia hec augu9. c. viii. li. xv. de ci. dei. Manuducit nos ad in
telligendam illius vite diuturnitatem quia non potuiſſēt tot homi-
nes ex vno multiplicari niſi per longū tractū tēporis. Nam vt mgr
hiſtoriarum dicit ſuper geñ. x. c. Et augu9. narrat in li. queſtionum
ſuper geñ. Quod ex trib9 filiis Noe adhuc eo viuente nati ſunt. xx.
iiii. milia virorū ꝛ centū ꝛ. x. mulieres preter paruulos. Vixit quip
pe noe poſt diluuiū annis. ccc. l. ꝛ fuerunt omnes anni nongenti. l.
ſicut patet geñ. ix. c. Ex vno inſuper Abraam dicit augu9 vbi ſup.
Nam multo amplius quadringentis annis numeroſitas hebreorum
gentis tanta procreata eſt ut in exitu eiuſdē populi de Egypto. Sex
centa millia hominum fuiſſe referuntur bellice iuuentutis. Et ſi di
catur ꝙ poſt diluuium non tamdiu vixerunt homines cum domin9
dixerit geñ. vi. Erunt dies illius centum viginti annorum. Reſpon-
det augu. c. xxiiii. li. xv. de ci. dei. Quod illud non fuit tempus huma
ne vite poſt diluuium/ ſed terminus aſſignatus ad penitenciaz his q̄
in diluuio erant perituri. Et vt teſtatur magiſter hiſtorie ſcolaſtice
Dixit dominus hec verba ante annos. xx. q̄z inciperet archa fieri que
facta legitur centum annis vel ſecunduz Strabo. eo anno dixit de9
quo cepit archa fieri. Sed quia in malicia perſeuerauerunt ante pre-
fixum terminum ſcz centeſimo anno deleti ſunt. ¶ Quod eciam poſt
diluuium vixerunt homines ſupra centū ꝛ. xx. annos patz. Habem9
enim ex. xi. geñ. Sem erat centuz annorum que genuit arphaſat bi
ennio poſt diluuium ꝛ poſt vixit quingentis annis. Sale vixit qua-
dringentis trigita tribus annis. vixit heber. xxxiiii. annis. vixit tha
mar. cc. l. annis. Vixit Abraā. c. xxv. annis. geñ. xxv. Vixit yſaac
c. lxxx. annis. Geñ. xxv. ꝛ ſic ꝛ alii plurimi quos longū eſſet cōme
morare. Non tamen ꝓptera hii qui fuerunt mortez euadere potuerūt.
Tercio conſideremus hominis vitam ſecundum ſtatū nature repa
te. In quo ſcz poſt aduentū criſti ꝛ eius mortē ac aſcenſionez in celū
breuius q̄z prius homines vitam finiunt. ſi eniz ꝓpter peccatū mors
eſt ſubſecuta ꝛ introducta/ cur non poſt ſatiſfactionem que facta ē
criſti paſſiōe totaliter eſt remota. Et ſic dicim9 ex doctrina domini
alex. in. iii. ꝛ. d. Bonaū. di. xix. Quod criſtus incarnatus eſt vt hoib9
ſubueniret/ ꝛ pro eis ſatiſfaceret. Homo autem peccando in currit
aliqua damna principalia vt priuacionē diuine viſionis ꝛ detēnacō-
nem in limbo/ aliqua vero incurrit ex ꝯſequenti vt famen ſiti laborē

moꝛtem et huiuſmodi. Debuit itaqꝫ criſtus ita pro hoīe ſatiſface
re vt melius ipſe homo conſequi poſſet beatitudinem eternā. Hoc
autem fit remouentibus penalitatibus vel peccatum hominis lapſi
confitentur vel compaciuntur criſto paſſo vel de regno celoꝛum cu
rant. vt inquit Augu9 ſuper pſal. Ecce turbatur mundus ⁊ amat͛.
Quid ſi trāquillus eſſet foꝛmoſus quomodo ei hereſ/ qui ſic ample
cteris fedum flores eius quomodo colligeres ſi ſic a ſpinis nō reuo
cas manum. Et in libro de verbis domini idem ait. Jdeo deus felici
tatibus huius ſeculi amaritudinem miſcet/ vt alia querat͛ felicitas
cui9 dulcedo nō eſt fallax. Et licet xp̄s vt tactū eſt ab his penalita
tibus nō liberauit nos vt nūc/ ipſi9 tamē fiet merito vt i generali re
miſſione pꝛout dicet͛ in ſequentib9 beati ſua coꝛpa reaſſument ipaſſi
bilia immoꝛtalia ⁊ gloꝛioſa/ cū q̄bus eternaliter letabunt͛ in gloꝛia
celeſti/ i q̄ xp̄s bn̄dict9 viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝛū Amen.

¶Sermo tercius in quo animam eſſe imoꝛtalem ſua nobilitate ex-
emplis ⁊ teſtificacione pꝛobatur.

IUſti autem in perpetuum viuent. dei viuentis. verba ſūt
iterum vbi ſupꝛa. Predicant equidem publice amatoꝛes
mundi/ nihil poſt moꝛtez homini ſupereſſe/ animamqꝫ ſi
mul aiunt cum coꝛpoꝛe interire. Jdeoqꝫ nullum agendum
bonum eſſe pꝛo futura vita conſequenda. Cui erroꝛi damnatiſſimo i
hoc ſermone quantuꝫ poterimus reſiſtemus. Oſtendemus autē ani
me immoꝛtalitatem que a coꝛpoꝛe exuta non moꝛitur non coꝛrumpi
tur/ nec vt iſti aiunt deſinit eſſe/ quinimo beati ſunt illi quos domi
nus inuenerit vigilantes. Et ve illis qui negligunt penitenciaꝫ pec-
catoꝛum ſuoꝛum. Et ad intelligendum vero qualiter anima raciona
lis ſit imoꝛtalis vtemur tribus modis.
Primus modus erit ipſius anime nobilis condicio.
Secundus modus erit exemploꝛum choꝛuſcacio.
¶Tercius erit multoꝛum teſtificacio. ¶Quod tanta eſt nobilis aīe
condicio ꝙ omnium coꝛpoꝛum ſuperioꝛum ⁊ inferioꝛum dignitatem
excedit. ¶Capitulum pꝛimuꝫ.
¶Primus mod9 ad oſtendum anime immoꝛtalitateꝫ dicitur. Nobi-
lis condicio que vtiqꝫ talis eſt ꝙ anima ipſa racionalis excedit digni
tatem quoꝛumcūqꝫ coꝛpoꝛum ſeu inferioꝝ ſiue ſupioꝛuꝫ/ ꝙ oi racō
ne nobilioꝛ ſit anima racionalis pꝛobatur tripliciter.
¶Auctoꝛitate Racione Exemplo.
¶Primo pbat͛ auctoꝛitate. Nā inquit ariſt. pꝛimo de anima. Ani
ma autem aliquid melius eſſe ⁊ antiquius i deſt nobili9 ipoſſibile ē.
Jmpoſſibilius aūt ad hoc intellectū ſcꝫ eſſe aliq̄d nobili9. Rōnabiliū
enim eſſe habet ⁊ nobiliſſimū ⁊ diuinū ſm naturā. Jdē in .i. de aīa.
Jn pꝛincipio docet qualiter ſciencia de anima quantuꝫ ad bonitateꝫ

⁊ honoꝛabilitatem eſt pꝛeponenda aliis ſcienciis naturalib9 que ſūt
de numero bonoꝛum honoꝛabilium pꝛopter bonitatem ſubiecti quod
eſt anima intellectiua que eſt nobilioꝛ omni coꝛpoꝛe·Ad idem dicit
augu· in libꝛo de libero arbitrio·vt i ait· Omnis anima omni coꝛpe
eſt nobilioꝛ ſeu melioꝛ· Et in libꝛo·lxxxiii·queſtionum· Omnis aia
melior eſt omni coꝛpoꝛe· Melius eſt enim ꝙ viuificat q̄ȝ ꝙ viuifica
tur/ coꝛpus autem ab anima viuificatur non anima a coꝛpoꝛe nemo
ambigit·Et idem in libꝛo de duabus animabus·Anima lucem iſtā
quam homines venerantur melioꝛ eſt/ quoniam quidem illa intelli-
gitur mente hec ſenſu coꝛpoꝛis innoteſcit·⁊ i libꝛo·viii·de ci·dei·c·
xiii·dicit· Omni coꝛpoꝛi pꝛeferunt anime·Et in libꝛo ſoliloquioꝛum
Quicquid enim celi ambitu continetur inferius ab humana anima
eſt Et idem in libꝛo de quantitate anime/ queadmodum fatenduȝ ai
mam humanam non eſſe quod deus eſt/ ſic repꝛeſumenduȝ eſt nihil
inter omnia que dicuntur ipſi deo eſſe pꝛopinquius· Et criſo·i libꝛo
de lapſu mundi·Quanto celum terra pulcrius/ tanto anime pulchri
tudo omnem foꝛmam pulcherrimi coꝛpoꝛis ſupat·Ad idem eſt glo·
in·c·Cum ſit de etate ⁊ qualitate oꝛdinandoꝛum que dicit· Anime
pꝛecioſioꝛes ſunt cūctis rebus eciaȝ coꝛpoꝛalibus· Idem habet·xii·
q·i·c·Precipimus·Et·xxiiii·q·iii·c·Si habes·Et de penitēcia ⁊ re·
c·Cum in infirmitas ⁊·C·de ſacroſanc·eccleſiis·l·ſanximus·
Secundo pꝛobatur racione ꝙ triplex poteſt eſſe·

Prima racio creacionis· Secunda racio oꝛdinacionis·
Tercia racio aſſimilacionis· Prima racio dicitur creacionis/ quia
anima nobilioꝛ eſt q̄ȝ ipſa coꝛpoꝛa creata ⁊ in eſſe pꝛoducta/ ſi atten
damus ad hec tria· Primum ſcȝ a quo ſit creata·
Scd̄m ſcȝ de quo ſit creata· Tercium qualiter ſit creata·
Primo quidem anima racionalis creata eſt a deo opifice ſūmo·Vn
de gloſa ſuper illud pſal·Qui finxit ſigillatiȝ coꝛda eoꝛū dicit·Crea-
uit deus animas ſiguloꝛuȝ per ſe·Aduertendum tamen ꝙ philoſo-
phi quidam cum platone dixerunt·Quod anime fuerunt ſimul crea
te in coꝛpoꝛibus ſtellarum ⁊ poſt foꝛmatis coꝛpoꝛib9 iſtis oꝛganicis
per oꝛbes planetarum ad hec viuificandum deſcendūt/ ⁊ poſtmodū
coꝛruptis coꝛpoꝛibus illuc reuertuntur ⁊ poſtmoduȝ ſuo loco ⁊ tem
poꝛe iterum ad alia coꝛpoꝛa deſcendunt·Hanc opinionem videt̄ nar
rare macrobius explanans ſomium ſcipionis·Sed hec opinio eſt con
tra philoſophiaȝ que dicit· Quod pꝛius actus debet fieri in pꝛopꝛia
materia·Vnde ſi opinio iſta eſſet vera coꝛpoꝛib9 eſſet perfectio·Fue
runt inſuper heretici quidā dicētes·ꝙ aīe fuerūt create i celū cū an-
gelis/ qꝛ ſūt eiuſdē nature ⁊ poſtmodū ad ſubgeſtionē dei tenebrarū
peccauerīt/ ⁊ merito illius peccati ī coꝛpe ſūt retruſe tanq̄ȝ ī carcere
vt ibi purgentur/ ⁊ cū purgate ſunt ad celeſtē gloꝛiaȝ reuocentur·

Et hec opinio eſt manicheorum que contrariatur fidei criſtiane po-
nens nullam animam debere damnari. Contrariatur eciam philoſo-
phie cum ponit ꝙ corpus comparatur ad animam non ſicut perfecti-
bile/ ſed ſicut carcer. quod ſi verum eſſet ſequeretur ꝙ homo nō eſ-
ſet vera ſpecies cum ex anima ⁊ corpore non fiat vnum. Eſt adhuc
opinio talis contra ſenſibilem experienciam/ quia videmus animam
quantumcūq; bonam nolle a corpore ſeparari/ adeo vt anime eciam
beate vt oſtendetur in ſequentibus/ inclinacionem habeant ad ipſū
corpus ſibi vniendū. Ideo illa opinio eſt abicienda. Cui augu. contra
dicit libro de eccl'. dogmatibus. vbi ait. Credendum eſt ⁊ firmiter te
nendū quod anime non ſunt ab inicio create/ vt origenes finxit aut
in corporibus ſeminantur vt luciferian ⁊ Cyrillus ⁊ quidam latino
rum affirmant. Sed a deo animam creari ſimul ⁊ infundi in corpo-
re compoſito ⁊ firmato. hec ille. ¶ Secundo attendenduꝫ de quo ſit
anima creata. Et heretici quidam pariter eciam ⁊ philoſophi dixert
animam de dei ſubſtancia eſſe productam. Namq; ſecunduꝫ augu.
priſcilianiſte manichei ⁊ gnoſtici vt patꝫ libro. vii. ſuper gen̄. ad lit
teram ⁊ libro contra fauſtum. ⁊ in libro de duabus animabus dice
bat. ꝙ anima eſſet omnino ꝙ deus eſt vel aliquid eſſe de ſubſtācia
dei. Idipſum tenuit Euripides philoſophus vt teſtatur Tullius in
libro tuſculanarum queſtionum ait. Et ipſe tullius libro eo. earun-
dem queſtionum ait. Spiritus humanus ex diuina mēte diſertus cū
nullo alio niſi cum ipſo deo comparari poteſt. ⁊ ſeneca ad lucillum
epiſtola. lxvi. inquit. Nihil aliud eſt anima q̄ꝫ pars diuini ſpiritus
in corpus noſtrum imerſa. Hoc idem ſcripſit macrobius ſupra ſom
nium ſcipionis. Quam opinionem deiecit aug9. li. de origine anime/
quoniam ſi ita eſſet anima nec in melius nec in peius labi poſſet. et
iterum. Deus multarum animarum formacione laceraretur. Vnde
idem aug9. libro de fide ad petruꝫ ait. Non vnius nature poſſunt eſ
ſe ꝙ fecit ⁊ factum. Alii inſup philoſophi ex elementis animā cō
ſtare aſſeruerunt/ vt enim ſcribit ariſtotiles in. i. de anima. Democri
tus dixit animam eſſe ignem quendam. In libro vero de vita ⁊ mor-
te ariſto. legitur Eraclitū ſemp affirmaſſe deos omnes ex igne eſſe
⁊ ex igne vniuerſa conſtare ⁊ animam fauillam eſſe ſtillantis eſſē
cie. zeno ſtoycus ⁊ leucippus illud ideꝫ profitebantur ſecundū Tul
lium libro primo queſtionum tuſcula. hoc idem affirmabat ypareus
prout ſcribit macrobius in libro primo ſup ſōnium ſcipionis ad illō
aūt tenere moti ſūt/ ꝙ anima pñte corp9 calet/ ⁊ recedente frigeſcit
Diogenes teſte philoſopho in primo de aīa dixit aīaꝫ eē aerē/ cui cō
cordarūt Cleātes ⁊ criſipp9 vt ſcribit greg. Nazan. i libro de natā
homis. Anaximes vt ait augu. li. viii. de ci. dei. Oēs reꝝ cauſas ae-

riſdebit. Nā dicebat deus aīam ⁊ oīa alia ab aere gigni cū abſqꝫ
aere nulla animalia cerneret ꝑcreari moriqꝫ ſubito aere perdito. hic
ſecundum plinium in libro de naturali hiſtoria inuenit orologium.
Tales milleſius prout refert Tullius libro primo de natura deoruꝫ
materiam vero poſuit in humore cauſam naſcēdi; tenuitqꝫ deum ex
aqua cuncta formaſſe. Et alia huiuſmodi de anima locuti ſunt dela
trantes. Contra quos theologi ꝯueniunt affirmātes de nullo a deo
animam eſſe creatam. Vnde augu. in libro de quantitate anime ait
Nō ex his notis vſitatiſqꝫ naturis anima facta eſt quas iſtis corpo
reis ſenſibꝰ tangimus. Nā neqꝫ ex terra; neqꝫ ex aere; neqꝫ ex aqua
neqꝫ ex igne; neqꝫ ex his omnibus; neqꝫ ex aliis coniunctis horum
conſtare animam puto; nec nunc diſputandū eſt qualiter deus poſſit
ex nullo aliquid facere; quippe qui ⁊ angelos de nihilo ſicut ⁊ ani
mas voluit creare. ¶ Tercio attēdendū eſt qualiter anima ſit crea
ta ſcꝫ quia ſpiritualis ⁊ incorporalis ſubſtancia; vt enim augu. ait.
Anima ſubſtancia eſt icorporea regens corpꝰ; ſed cum ignaris nō
facile ꝑſuademus ſpiritum eſſe animā ⁊ nō corpus; quia vt tho.
dicit. v. q. prime partis dicunt ſola corpora eſſe; ⁊ quod non eſt cor
pus nihil eſſet. Cum tamen deus ſpiritus ſit. Jo. x. Et angeli ſubſtā
cie ſpirituales eſſe dicantur. Hinc quod lactacius in ſeptimo libro
diuinarum inſtitucionum de inuiſibili deo dicit. quia deus ab homie
videri non poteſt; ne quis eum putaret ex eo ipſo deū non eſſe quia
mortalibus oculis non videretur. Inter cetera ſuorum inſtitutorum
mirabilia; fecit eciam multa quorumuis quod appareret; ipſa autē nō
videntur ſicut eſt velox odor ventus vt harum rerum argumento;
exemplo eciam deum licet ſub oculis nō veniret de ſua tamen vi ⁊
effectu ⁊ operibus cerneremus. hec ille. Angelos ⁊ non ſolū bonos
ſed eciam malos ideſt demones eſſe ex effectu mag carum arciuꝫ cō
ſpicimus; de quibus nunc loqui obmittimus; vt lacius ſuo loco tra
ctabimus. Ad animam igitur incorpoream vc niamꝰ quā eſſe alex.
in ſecundo ſic oſtendit. Videmus inquit quedam corpora que nō nu
triuntur augmentantur nec generantur; nec mouentur motu voluti
ſimo vt lapides. Quedam que nutriuntur ⁊ augmentantur vt plan
te. Quedam vero que vltra hec mouentur; ⁊ ſenciunt vt animalia.
Quedam vero que vltra hec agunt racione. Si ergo haruꝫ oparacō
num eſſet corporeitas principium ⁊ cauſa inuenirentur tunc in om
nibus corporibus. Sed hoc eſt falſum. ergo illud a quo ille oparacio
nes ꝓueniunt non erit corpꝰ ſed anima. Inſuper videmꝰ actiones i
quibꝰ ꝯueniunt vegetabilia ⁊ aīalia ⁊ hoīes vt nutrire ⁊ generare
Et videmus actiones communes hominibus ⁊ brutis; i quibus nō
communicant vegetabilia; vt ſentire ⁊ ymaginari.

Et videmus alias que ſunt propria hominibꝰ vt raciocinari ⁊ intel
ligere. Et inter bonum ⁊ malum verum ⁊ falſū diſcernere ⁊ huiuſ
modi. ergo erit in vegetabilibus principium generacionis. Quod q̄
dem eſt anima vegetatiua in animalibus brutis principiū mouendi
⁊ ſtandi ꝙ anima eſt ſenſitiua. In hominibus vero principiū racio
cinandi ⁊ intelligendi quod eſt anima intellectiua. Quis nam ex-
plicet quot ſunt hominum operaciones. Que licet per corpus exerce
antur tanq̄ per inſtrumentū nihilominus ab anima ipſa procedūt
Quanta eſt preteritarum rerū memoria quanta ad futura prouidē-
da quot picture quot artes quot ad capiendū aues piſces ⁊ indo-
mitas feras modi diſtincti quot ad pugnandū armata quot ad na
uigandum mare diſpoſiciones mirabiles quot ad inueniendam ſciē
damq̄ veritatem arcium liberalium ſciencie. Vnde illa in homine.
Certe non ab ipſo corpore ſed ab ipſa anima. Vnde augu. Homieſ
naturam anime ſcire volentes redarguit in libro cōfeſſionū dicēs.
Eunt homines mirari alto moncium ingentes fluctus maris ⁊ al
tiſſimos lapſus fluminū occeani ambitum ⁊ gyros ſiderum ⁊ ſeip
ſos relinquunt nec mirantur. Et in libro de ſpiritu ⁊ anima idē au
guſ. dicit quoniam dictum eſt mihi vt meipſum cognoſcā non poſ
ſum ſuſtinere vt me habeam incognitum. Magna autē negligencia
eſt neſcire quid ſit illud quod celeſtia tā profunde cogitamus natu-
ralia tam ſublimi indagacione inueſtigamus et de ipſo quoq̄ crea-
tore noſtro tā ſubtilia deſideramus ſcire nec eſt res peregrina nec
longe quodammodo quo ipſa ſapimus ſed adeſt ſemper nobiſcū tra
ctat loquitur ⁊ intus neſcitur datum eſt illi tam ingencium rerū
ſcire ſecreta ⁊ ſeipſū cognoſcere non poteſt. hec ille. Anima itaq̄
ſpiritualis eſt neq̄ ex hoc animas ⁊ angelos eiuſdem ſpeciei dicimꝰ
licet angeli ſpirituales intelligibileſq̄ ſubſtācie ſint quod origenes
tenuit. vt dicit ſanctus tho. prima parte. q. lxxv. ⁊ in. q. vii. ſecun-
di libri queſtionum de anima. Contra quā Tho. dicit ꝙ illa que ha
bent diuerſas perfectiones ſecundum ſpeciem differūt ſpecie. Sed an
gelus ⁊ anima habent diuerſas raciones ſecundum ſpeciem. ergo an
gelus ⁊ anima differunt ſpecie. Anima enim racionalis homini pre
bet ſpeciem ⁊ actum ſpecificum quod non facit angelus.

¶ Secūdo pbatur ꝙ anima omni corpore ſit nobilior racione ordia
cionis. Quid nam eſt quod ipſa ſit finis omnium corporum imo vt
philoſophus dic. ii. phi. Omniū rerū que ſunt. O q̄ mirāda eſt oīm
elementorum celorūq̄ varia pulcritudo quanta ſit in omnibꝰ crea
turis creatis bonitas quantaq̄ in cunctis vtilitas. Ideo audi o ani
ma miſera. O anima pigra qualiter tibi ſeruiunt vniuerſa. ¶ Re-
ſpice inquit hugo in libro de arra ſponſe vniuerſum mundum ⁊ con

ſidera in eo ſi aliquid ſit quod tibi non ſeruiat / omnis namqꝫ creatu
ra ad hunc finem dirigit curſum ſuum vt obſequiis tuis famuletur
⁊ vtilitati deſeruiat / tuiſqꝫ oblectamentis pariter ⁊ neceſſitatibꝰ ſe
cundum affluenciam indeficientem occurrat / hoc celum / hoc terra /
hec mare / hoc aer / cum his que ſunt in eis vniuerſis explere nō ceſ
ſat. hec ille. Et ſi dicatur debēt iſtā omnia ad corporis condicionem
referri. Poſſumus reſpondere corpora illa propter animaꝫ eſſe. Vn
de ariſtotiles in ſecūdo libro de anima ait. Omnia enim corpora phi
ſica anime inſtrumenta ſunt ſicut animalium ſicut ⁊ plantarum tā
qꝫ gracia anime extrinſeca. Eſt ergo corpus anime inſtrumentum
organicum. Ideō auguſtinus in libro ſoliloquiorum. ad deum dicit.
Omnia domine que dicuntur ſub pedibus hominis ſubieciſti vt ſolꝰ
homo ſuper omnia tua tuus eē ſet totus. Exteriora namqꝫ pro cor
pore cuncta creaſti ipſum vero pro anima / animam pro te vt tibi ſo
li vacaret / te ſolum amaret ⁊ poſſideret ad ſolacium. hec ille. Ter
cia racio ad oſtendendum anime immortalitatem dicitur aſſimilacō
nis quia anima deō aſſimilatur. Nam geñ. primo dixit deus. Facia
mus hominem ad ymaginem ⁊ ſimilitudinem noſtram / quod negā
tes heretici reputantur. xxviii. q. iii. c penultimo. De illa vero ſimi
litudine dicemus ſuo loco diffuſius. Nunc tamen dicimus animam
deo ſimilem quia ſicut deus eſt ſimplex ⁊ non componitur. Sic ani
ma que de nullo eſt creata / ſicut deus eſt immortalis ita ⁊ anima.
Et alie ſunt huiuſmodi ſimilitudines que non accipiuntur ſecunduꝫ
ydemptitatem / ſed ſecundum quandam proporcionem.

Tercio probatur exēplo / ꝙ omni corpore ſit anima nobilior. Nā
vidimus ſanctos crucifixiſſe corpora ſua ⁊ dura penitēcia caſtigaſ
ſe vt anima ſalua fieret. Quāta fuit de ſui pauli primi heremite pe
nitencia in heremo / de quo ſcribit hieronimus in vitis patrum. Om
nem in ſolitudinem duxit ētatem cibum ⁊ veſtitū ei palma prebebat
Quid fecit anthonius. quid Ilarion quid macharius. quid franciſcꝰ
quid dominicus. O ſancti ⁊ amici dei dicite nobis quare tot vigiliis
⁊ oracionibus ⁊ diſciplinis carnem veſtram mortificaſtis. Reſponde
bunt certe omnes propter animam. O martires triumphantes / cur
vos tot cruciatibꝰ expoſuiſtis ⁊ tot ſuppliciis / ⁊ mori non recuſaſtis
Iterum ⁊ ipſi clamabunt / ⁊ dicent propter animam. O ihesu bene
dicte. Cur tu. xxx. annos in mundo ⁊ amplius famem ſitim labores
ſudores vulnera ⁊ liuores ſubſtinuiſti. Statim clamabit propter ani
mam. O anima nobilis. o anima delicata / Cur tuaꝫ in tot exemplis
nobilitatē nō curas agnoſcere. Reſpice aīaꝫ miſera / ꝙ carnē ꝑ te ſu
ſcepit xp̄s / ꝑ te paup natus eſt in pſepio / ꝑ te circumciſus / ꝑ te pe
regrinatur in Egyptū / pro te ieiunat pro te orat / pro te lacrimatur /

pro te patitur pro te ſanguinem ſundit. Ideo b. b. in. i. meditacionibus
ait. Sublime eſt aīe principium que non niſi ſanguine criſti redemi
potuit / quam ergo cōmutacionem pro anima tua das qui pro mihi
lo das illam. Nonne dei filius qui cum eſſet in ſinu patris a regali⸗
bus ſedibus propterea deſcendit / vt eam liberaret a poteſtate diaboli
quam cum vidiſſet peccatorum funibus irretitam ianuamque de de⸗
monibus tradendam vt morte damnaretur perpetua. Fleuit ſuper il
lam que flere ſe neſciebat / non ſolum fleuit / ſed eciam more permiſit
vt ſui ſanguinis precio redimeret. hec ille. Et hugo in li. de arra ſpō
ſe ait. Amplius mihi vilis eſſet non debeo qui tantū deo placui vt
mori dignaretur / proīde vt nō perderet me. Patet ergo ex his dictis
quanta ſit anime nobilitas / ⁊ quantum corpora cuncta dignitate p̄
cellit / quam tamen infeliciſſimi peccatores ſuis miſeriis vilem ſedā
que reddunt ac faciunt. Cum itaque tāta ſit anime nobilitas quomodo
poterimus eā dicere īterire cum corpore q̄ſi deus tam egregiam crea
turam condidiſſet vt eam tam breui perimeret. Concludendum eſt er
go cum verbis catonis / q̄ illi. de ſenectute cicero ſcripſit / vbi ſic ha
betur. Sic mihi perſuaſi ſic ſencio cum tanta ſit celeritas animorum
memoria preteritorum prouidencia futurorum tot artes / tot ſciencie
tot inuenta non poſſet eam naturam que res ipſas cōtineat eſſe mor
talem. Quod animam eſſe immortalem teſtificacione probatur.

## Capitulum ſecundum.

Secundus modus ad oſtendendum anime imortalitatē dicitur aucto
rum teſtificacio. Adducemus autem tria teſtimonia.
Primū eſt philoſophorum. Secundū eſt ſanctorum atque doctorum.
Tercium eſt theologorum. Primum teſtimoniū eſt philoſopho
rum / qui ſuo modo anime imortalitatem confeſſi ſunt. Unde ſenec
a ad lucillum epiſtola. xxxvi. ſic ait. Mors illa quam pertimeſcimus
et recuſamus iter mutat / vitam non eripit. Alius enim expectatur
qui vos repugnat in lucem diei. Item i libro de naturalibus queſtio
nibus ait. Si tranquille volumus viuere in expedito habenda eſt aī
ma / vt ſiue illam inſidie / ſiue egritudines petant quid aliud debeo
niſi vt exeat exhortari / ⁊ cum hominibus eam bonis emittere. Va
de itaque / vade fortiter / vade feliciter nihil dubitans / fac quod quan
doque faciendum eſt. En rerum natura que generauit expectat ⁊ lo
cus illo melior ⁊ tucior. Auerrois ſup. xi. metha. Anima racionalis
manet poſt mortem ⁊ finis proſperitatis eius erit ſi coniungatur pri
mo motori. Galienus in libro de ſpermate. Sicut lumen ſolis quod
eſt incorporale ſeparatur ab aere ab omni oculorum intuitu ſine cor
rupcione / ſic ⁊ aīa ſine ſui corrupcione ſeparatur a corpore. Plato i
ſuper iter philoſophos nobiliſſimus aīe imortalitatē prio cōfeſſus eſt.

Nam̄ vt dicit macrobius in li. ſaturnalium. Et ageliꝰ in li. noctiuꝫ
acticarum quem librum edidit de imortalitate anime, queꝫ Tulliꝰ
tranſtulit in latinum. Denominatur auteꝫ ille liber a phedrone quo
dam ſocratis ⁊ platonis adeo dilecto, vt plato nomini ſuo librum di
caret. In dicto igitur libro plato ſic ait. Perfectus ⁊ purgatus hic
tranſiens habitabit cum deo. Idem plato in Thimeo. Anima eſt i
mortalis ⁊ ſecundum ꝙ vicerit paſſiones vel victa fuerit premiabi
tur vel punietur poſt hanc vitā. Macrobius in prologo ſuper ſom-
nium ſcipionis ſic ait. Sic habeo omnibus qui patriam ſeruauerunt
vicerint auxerint certum eſſe in celo diffinitum locū vbi beati ſepi-
terno euo fruantur. Lactancius li. vii. diuinarū inſti. aduerſus gen-
refert ꝙ polites quidam conſuluit appollinem milleſiuꝫ, vtrū rema
neat anima poſt corpus an diſſoluatur. Qui reſpondit anima q̄ꝫdiu
vinculis tenetur in corpore corruptibiles paſſiones ſenciens mortali-
bus cedit doloribus. Cum vero humanam ſolucionē peruelociſſimā
poſt ſolutū corpus inuenit omnis ad ethera fertur ⁊ manet inter
num. Tulius in queſtionibꝰ tuſculanis ſic ait. Nō eſt lugēda mors
quam conſequitur imortalitas. Idem in philip. Breuis a natura no
bis data eſt vita. Sed memoria bene acte vite ſempiterna que ſi nō
eſſet longior q̄ꝫ hec vita. Quis eſſet tam amens qui maximis dolo
ribus ⁊ periculis ad laudem gloriamq́ꝫ contenderit. Saluſtius in li-
de rep. dicit. Diuiciaruꝫ ⁊ fame gloria fluxa atq́ꝫ fragilis eſt, virtꝰ
clara eternaq́ꝫ habetur. ergo p̄clara facies magne diuicie, ad hec vi
res corporis breui dilabunt̄ igenia ⁊ egregia facinora, ſicut anima
imortalia ſunt. Quintilianus dicit. Si quis ſciat quis ſit finis bono
rum que vera felicitas nunq̄ꝫ ſibi videbitur p̄matura morte perire.
Lucrecius de eodem credit idem. Retro de terra quod fuit ante terra
Sed quid miſſum eſt ex etheris oris id rurſum celi fulgencia tēpla
receptant. Cicero in li. de ſenectute dicit. Apud xenophontem aūt
moriēs cyrus maior hoc dicit. Nolite arbitrari. O mihi cariſſimi fi
lii me cum a vobis diſceſſero nuſq̄ꝫ aut nullum fore, nec enim dum
eram vobiſcum, animum meum videbatis. Sed eum eſſe in hoc cor
pore ex his rebus quas gerebaꝫ intelligebatis. Eundē ergo eſſe cre
ditote eciam ſi nullum videbitis, nec vero clarorum virorū poſt mor
tem honores permanent ſi nihil eorum ipſorū animi efficerent quo
diucius memoriam ſui teneremus, mihi nunq̄ꝫ quideꝫ perſuaderi po
teſt animos, cū i corporibus eſſent mortalibus viuere cum exiſſent
ex his emori. ⁊ paulopoſt. verum ex vita ita diſcedo tanq̄ꝫ ex hoſpi
cio, non tanquam e domo. Commorandi enim nobis natura diuerſo
rium dedit non habitandi. O preclarum illum diem cum ad illud di
uinorum animorum conciliuꝫ cetumq́ꝫ ꝓficiſcar. Cūq́ꝫ ex hac turba

Alluuione diſcebam·proficiſcar enim non ſolū ad eos viros de q̄bus
antea dixi verum eciam ad Catonem meum quo nemo vir melior na
tus eſt nemo pietate preſtancior. Et in eodem li· introducit catonem
ſic dicentem· Ego patres veſtros Scipio tuqꝫ gaylelii viros clariſſi
mos mihiqꝫ amiciſſimos viuere arbitror/ ⁊ eam quidem vitam que
eſt ſola vita nominanda· Nam dum ſumus incluſi in his compagi-
bus corporis munere quodam neceſſitatis et graui ope perfungimur·
Eſt eniꝫ celeſtis animus ex altiſſimo domicilio depreſſus/ ⁊ quaſi de
merſus in terram/ locum diuine nature eternitatiqꝫ contrariuꝫ· Sed
credo deos imortales ſpiraſſe animos in humana corpora vt eſſent
qui terras tuentur quiqꝫ celeſtium ordinem cōtemplantes imitarē
tur eum vite modus atqꝫ conſtancia· Nec me ſolum racio ſeu diſpu
tacio impulit/ vt ita ſcriberem/ ſed nobilitas etiam ſūmoruꝫ philoſo
phorum ⁊ auctoritas. Audiebam pythagoram pythagoreoſqꝫ inco
las pene noſtros qui eſſent ytalici philoſophi quondaꝫ nominati nū
q̄ꝫ dubitaſſe quin ex vniuerſa mente diuina delibertatos animos ha
beremus· Demonſtrabant̄ mihi preterea que Socrates ſupremo vi
te die de imortalitate animoruꝫ diſſeruiſſet is qui eſſet omnium ſa
pientiſſimus oraculo apollinis iudicatus. Sequitur bydim9 ad alex
andrum cuius verba hec ſunt· Nos non ſumus huius mundi incole
ſed aduene/ nec ita in orbe terrarum venimus vt in eo libeat conſiſ
ſtere ſed tranſire/ properamus enim ad patriam legibus nullis deli
ctorumqꝫ ponderibus pregrauati ⁊c· Valerius maximus li·ii·c·i·
Anime imortalitatem fatetur/ aſſerens fuiſſe morē gallorum mu-
tuare pecunias vt eas reciperent apud inferos. Quid plura philoſo
phi/ non tantum verbo/ ſed eciam exemplo anime oſtenderunt imor
talitatem. Nam infert Augu9·li·i·de·ci·dei c·xxii· Quod philoſo
phus quidam cui nomen Theobrotus lecto platonis li· de imortali
tate anime/ de muro ſe precipitem dedit/ itaqꝫ interfecit ſeipſuꝫ· Et
Lactancius li·iii·diuinarum inſti·dicit· Multi ex his qui eternas
eſſe animas ſuſpicabant̄ tanq̄ꝫ incertiſſimi migraturi eſſent ſibiipſiſ
manus intulerūt/ vt cleātes Criſſipus zeno ⁊ empedocles·Et ex ro
manis Cato qui fuit in omni vita ſua ſocratice veritatis imitator·
Omnium horum hiſtoria miſſa de Catone/ licet aliquid declarare/
plures enim ſic dicti ſunt· Fuit nāqꝫ quidaꝫ cato cenſorinus de quo
meminit Tulius li·i· de amicicia/ quem eciam cōmendauit plini9 de
viris illuſtriſſimis aſſerens ꝑ quadragies quante accuſatus per ſe
ſolaꝫ cauſā dixit optimeqꝫ fuit abſolut9· Et valerius ſub rubrica de
ſtudio ⁊ induſtria dicit· Nunq̄ꝫ fuit ita aggrauatus ꝑ per alium de
fendi voluiſſet Et Tullius in queſtionibus Tuſculanis dicit li·i·
ꝑ fuit in eo tanta eloquencia quanta illis temporibus dici poſſit· Et

Valerius vbi ſupra inquit q̄ erat doctiſſimus litteris grecis ⁊ latiſ
latinas tamen didicit ſecundum plinium de viris illuſtriſſimis / dum
iam eſſet ſenex ⁊ in ſardinia pretor. Sicut notatur in ſpeculo tedio
duplicis quartane affectus vt beaciorem vitam frueretur ſeipſum i
terfecit. Fuit alius cato filius ſupradicti vir bellicoſus / de quo fron
tinus de re militari refert. Quod dum in bello contra macedonie re
gem pugnaret equo prolapſus cū ſe recollegiſſet animaduertit gla
dium cecidiſſe e vagina quod fortiter recuperauit ⁊ vulneratis hoſ
tibus ad ſuos redit / quod exemplum adeo Romanos animaduertit
ad prelium ⁊ macedones cernit vt macedones vincerent. Fuit ⁊ ali9
cato qui marcus cato dicebatur filius ſupradicti et nepos cenſorini
qui conſul in affrica diem clauſit. Fuit vero alius cato qui ⁊ porciuſ
filius precedentis marci catonis qui vticenſis dicitur / quia i vtica iſ
tie ciuitate ſe occidit. Et de hoc loquitur lactanci9 in auctoritate al
legata. Cauſa autem fuit vt non ſubiceretur a ceſare quoniam ipſe
pōpeianas partes fuerat ſecut9. De quo augu. li. i. de ci. dei. c. xxiii.
dicit. Quod non fortitudine ſed impaciencia ſe pemit. O q̄z confundi
debeant criſtiani anime negantes imortalitatem. quando quidem ⁊
ipſi philoſophi gencium verbo ⁊ opere animam nunq̄z mori tam lu
cidiſſime teſtificati ſunt. ¶ Secundum teſtimonium eſt ſanctorum
Omnes quippe ſancti anime imortalitatē predicant. Vnde ſap. iii.
c. dicit. Salomon iuſtorum anime in manu dei ſunt / ⁊ non tanget il
los tormentum malicie viſi ſunt oculis inſipiencium mori illi autem
ſunt in pace. Et iacob patriarcha gen̄. xxxvii. Cum ſibi filii dixiſſet
de ioſeph quando fera peſſima deuorauit eum. Et deſcendam ad filiū
meum lugens i inferno. Et thobias cum cecus fuiſſet dicebat his q̄
inſultabant ei thobie. vi. Filii ſanctorum ſumus ⁊ illam expectam9
vitam quam deus daturus eſt his qui fidem ſuam nunq̄z mutāt ab
eo. Septem fratres inſuper cū certi eſſent de anime imortalitate te
ſtificati ſunt ſecundo macha. vii. Cum anthiocus contra famem cō
pelleret carnes porcinas comedere / nec vellent obedire iuſſit ſartagi
nes ⁊ ollas eneas ſuccēdi iuſſitq̄z ei qui prior fuerat locut9 amputa
ri linguam ⁊ cute capitis abſtracta / ſimiliter quoq̄z manus eius et
pedes precidi ceteris eiuſdem fratribus ⁊ matre inſpiciētibus. Et cū
iam per omnia inutilis factus eſſet iuſſit ignem ei ammoueri adhuc
ſperantem teneri in ſartagine i qua cum diu cruciaretur / ceteri vna
cum matre inuicem ſe ortabantur fortiter mori dicentes. Dominus de
us in ſeruis ſuis conſolabitur mortuo hoc primo. Secūdus capitur
⁊ cute capitis eius cum capillis detracta interrogabant ſi manduca
ret prius q̄z toto corpe p membra ſingula puniretur. Sic ille reſpon
dens paterna voce dixit. Non faciam. non ideo quia frater me9 cru

deliter conſecutus eſt mortem negabō dominum propter quod ⁊ iſte
ſequenti loco prima tormenta ſuſcepit ⁊ vltimo ſpiritus conſtitutuſ
ſic ait. Tu quidem ſceleratiſſime i preſenti vita nos perdis/ ſed rex
mundi defunctos ꝑ ſuis legibus ī eterne vite reſurrectione ſuſcita
bit. Poſt hunc tercio illuditur ⁊ lingua poſtulat9 cito protulit/ ⁊ ma
nus conſtanter oſtēdit ⁊ cū fiducia ait. E celo iſta poſſideo/ ſed prop
ter dei legem nūc hec ipſa deſpicio/ quia ab ipſo me maiora receptu
rum ſpero/ ita ꝙ rex ⁊ qui cum ipſo erant mirarentur adoleſcentis
animū ꝙ quaſi nihilū extimaret cruciatus ⁊ hoc ita defūcto/ Quar
tum ſimiliter vexabant torquentes/ ⁊ cum iam eſſet ad mortem ſic
ait. Pocius eſt ab hominib9 morti datos ſpem expectare a deo iterū
ab ipſo reſuſcitandos/ tibi enim reſurrectio non erit ad vitam/ ⁊ cū
eum amouiſſent. Quintum vexabant at ille reſpiciens in eum dixit
Poteſtatem inter homines habens cum ſis corruptibilis facis quod
vis. Noli autem putare genus noſtrum a deo eſſe derelictū/ Tu au
tem pacienter ſuſtine ⁊ uidebis magnam poteſtatem ipſius qualit̄
te/ ⁊ ſemen tuum torquebit/ poſt hunc ducebant ⁊ Sextū ⁊ his mo
ri incipiens ſic ait. Noli fruſtra errare/ nos enim ꝓpter noſmetipſos
hoc patimur peccantes in deum noſtrum ⁊ digna admiracione facta
ſunt in nobis. Tu autem pacienter ſuſtine ⁊ videbis magnam po
teſtatem ipſius qualiter te ⁊ ſemen tuū torquebit. Poſt hunc duxe
runt ⁊ ſeptimum/ qui ſimili modo animoſe tormenta excepit. at et
mater exiſtēs morientibus filiis talia loquebatur. Neſcio qualiter
in vtero meo apparuiſtis/ nec enim ego ſpiritum ⁊ animam donaui
vobis ⁊ vitam ⁊ ſingulorum membra non ego ipſa cōpegi. Sed mū
di creator qui formauit hominis natiuitatem quiꝗ omniū inuenit
originem/ ⁊ ſpem nobis iterū cum miſericordia reddet ⁊ vitā. Ad
vltimum cum ad adoleſcenciorem veniſſent dicebat. Fratres mei mo
dico nunc dolore ſuſtentato ſuſtentamento vite eterne effecti ſūt
Poſt quos omnes ⁊ mater conſumpta eſt/ ⁊ sic patet ⁊c.

¶ Secundum teſtimonium eſt ſanctorum atꝗ doctorum. Primus
namꝗ eſt Augu. qui ſeptimo libro de trinitate. c. xiiii. ait. Anima
habet mortem ſuam/ cum vita beata caret/ que vere anime vita di
cenda eſt. Sed imortalis ideo nuncupatur quoniam qualicūꝗ eciā
cum miſeria nunꝗ deſinit viuere. Et idem in li. de ſpiritu ⁊ anima
dicit. Immortalis eſt anima ne a creatoris ſui ſimilitudine diſcrepa
re videatur. Nō enim poterat eſſe ymago ⁊ ſimilitudo dei ſi vllo mor
tis termino clauderetur. Et in libro de eccleſiaſticis dogmatibus ait
Solum hominem inuenimus habere animā ſubſtanciatā/ que exu
ta corpore viuit ⁊ ſenſus ſuos atꝗ ingenia viuaciter tenet nec cum
corpore moritur ſicut arabi aſſerunt nec poſt modicum interuallum

ſicut zeno/ quia ſubſtãcialiter viuit. Et idez in enche. Et pontif. xiii.
q. ii. c. Tempus. Tempus quod inter hominis mortem ⁊ vltimam
reſurrectionem interpoſitum eſt animas abditis receptaculis conti
net/ ſicut vnaqueqꝫ digna eſt/ vel requie/ vel erũna pro eo quod ſor
tita eſt ĩ carne dum viueret. Et greg. li. iiii. dialo. ſic loquitur. Tres
vitales ſpiritus creauit omnipotens deus. Vnum qui carne non te-
gitur alium qui carne tegitur/ ſed non cum carne moritur. Terciuꝫ
qui carne tegitur ⁊ cum carne moritur. Primus eſt angelicus ſpiri
tus. Secũdus eſt ſpũs humanus. Terciꝰ eſt ſpiritꝰ iumentorũ oim
qꝫ brutorũ aĩaliũ. hec ille. Et hiero. ad benedictũ eundẽ ꝫ reprehen
dens de imoderato dolore ꝑ morte filie ſue dicit. Caritatis tue ſcripta
ꝑcepi/ in quibus animũ tuũ dolore cõmotũ de filie dormicione cogno
ui non aliud in te admiratus ſum qꝫ criſtiani peccatoris in te virtu
tẽ illatam fuiſſe ſtupeo murum fidei penetrarum vulneribus orbita
tis quẽ ſopire debuerat ſpes reſurrectionis ⁊ regni celeſtis. Et ana
ſtaſius papa. xiii. q. ii. c. habent. ad idẽ ait. Habent forſitan illi iux
ta longi doloris excuſacionem qui vitam alteram neſciũt qui de hoc
ſeculo ad melius eſſe tranſitum non confidunt. Nos autem qui hoc
credimus ⁊ docemus contriſtari nimiũ de obeuntibus non debemus
At vt concludamus audiendus eſt criſtus qui. x. c. mat. dicit. Noli-
te timere eos qui occidunt corpus/ animam autem non poſſunt occi
dere. Sed pocius eum timete qui poteſt animam ⁊ corpus perdere ĩ
gehennã. Et mat. v. Gaudete ⁊ exultate/ quia merces veſtra copio
ſa eſt in celis. Mat. xxv. Ibunt hii in ſupplicium eternum/ iuſti au
tem in vitam eternam. Obmitto aliorum teſtimonia ne longitudine
verborum audientes tedium ſuſcipiant. Hoc tantum addens ꝙ oia
que ſcripta ſunt tam in vtroqꝫ teſtamento qꝫ ĩ libris doctorꝫ eccleſie
hanc veritatem directe vel indirecte concludunt. Terciũ teſtimo
nium eſt theologoruꝫ qui in ſecundo di. xix. multipliciter anime imor
talitatem defendunt. Eſt tamen huius veritatis inter ceteros defẽ
ſor acerrimus dominus Bonaũ. qui ait primo ꝙ ſi ꝯſideremus aiam
in cõparacione ad diuinam iuſticiam neceſſe eſt illam fore imortalem
ad diuinam quippe iuſticiaꝫ ſpectat vt nihil quod bene ⁊ iuſte fit ꝙ
vergat in malum exitum ſed ſecundum omnes ſapientes ⁊ morales
pocius debet homo pati mortem qꝫ recedere a veritate vite ⁊ a veri
tate iuſticie. Sed ſi omnino perimeretur anima ꝑimeretur omnis iu
ſticia que eſt ĩ ipſa. ergo talis perpeſſio que eſt iuſta/ ⁊ quaꝫ laudat
omnis racio recta malum habebit exitum quod eſt contra diuinam
iuſticiam. Secundo ſi conſideremus animam in compacione ad pro-
priam virtutẽ neceſſe eſt eã eſſe imortaleꝫ/ nã cuiuſlibet ſciencie cor
ruptibilis operacio antiquatur ⁊ ſeneſcit in tẽpore ſed anime rõnalis

operacio nec antiquatur nec ſeneſcit ī tempore⸗ immo iuueneſcit⸗ quia
in antiquis eſt ſapiencia in multo tempore prudēcia. ¶ Tercio ſi cō
ſideremus animam in comparacione ad ſuum finem neceſſe eſt eaʒ fie
ri imortalem. Nam finis ponit neceſſitatem his que ſunt ad finē ſfi
nis vero ipſius anime eſt beatitudo. Si ergo beatus eſſe nō poteſt
qui bonum quod habet poteſt amittere⸗ igitur neceſſe eſt animam
eſſe imortalem. Tercius modus ad oſtendendum anime imortalita
tem eſt exemplorum corruſcacio. Poſſumus autem ſubdiſtinguere
tria exempla. ¶ Primū exemplū dicitur apparicionis
Scdm exēplū dr̄ exaudicōis. Tercium exēplum dicit̄ defenſionis.
¶ Primum exemplum dicitur apparitionis⸗ ⁊ ſi dicatur quomodo po
teſt anima apparere cuʒ ſit inuiſibilis ⁊ incorporea. Dicimus ꝙ deo
volente apparent aliquando anime in vigilia⸗ ⁊ aliquando in ſom
nis. De apparicione in ſomniis non eſt dubium ꝙ viſio illa eſt ẏma
ginaria que fit per aliquam repreſentacionem alicuius rei corporal
Illa vero apparicio q̄ fit in vigilia ſicut apparicio moyſi. mat. xvii.
in tranſfiguracione ⁊ animarum aliarū de qiubus dicetur in ſequē
tibus qualiter fiat difficile eſt aſſignare. Nam aliqui dicūt ꝙ anima
moyſi apparuit illis i proprio corpe quod aſſumpſit ad tēpus. Quod
habet tenere augu. i libro de mirabilib9 ſacre ſcripture li. iii. c. xiii.
Sed dicit tho. iii. p. q. xlv. ꝙ liber hic falſe ſcribitur augu. ideo q̄ ibi
traduntur non ſunt auctentica. Idē alii dicunt ꝙ anime poſſunt ap
parere in alienis corporibus aſſūptis ſicut apparent angeli. Recitat
dioniſius in epiſtola ad thimoteuʒ qualiter petrus et paulus ſibi ap
paruerunt in hec verba. Attende miraculum vide prodigium frater
Thimotee die vltimacionis eoruʒ poſt mortē vero illorum uidi eos
inuicem manu ad manus intrantes portas vrbis⸗ ⁊ indutos veſtes
luminis ⁊ colore claritatis ⁊ lucis ornatos. hec ille. In legēda inſup
pauli narratur ꝙ cum ipſe duceretur ad locum paſſionis cuidaʒ ma
trone plantille eius diſcipule obuiauit que ſecundum dioniſium alio
nomine lemobia nuncupabatur⸗ que flens oracionibus pauli cōmē
dare ſe cepit. Cui paulus vade plantilla eterne ſalutis filia comoda
mihi velum quo caput tuum tegis⸗ ⁊ illo oculos meos ligabo. poſt
modum illud tibi reſtituam. Cum ergo ad locum paſſionis veniſſet
verſus orientem manibus in celum extenſis deuotiſſime cum lacris
prima vice orauit⸗ poſtmodum vt dicit dioniſius eius oculis impoſi
tis velo plantille extendit collum⸗ ⁊ ſuſcepit coronam⸗ ⁊ percucien
te carnifice amputatum eſt caput pauli. Tunc beatiſſimus in ipſo
ictu explicauit veluʒ⸗ ⁊ collegit ſanguinem proprium⸗ ⁊ ligauit eū et
obuoluit eum ⁊ tradidit eum femine. Et reuerſo carnifice dixit ei le
mobia ubi dimiſiſti magiſtrum meum paulum. Reſpondit cum ſocio

iacet vbi extra vrbem in valle pugillum/ ⁊ velo tuo velata eſt facie
eius. Et ipſe reſpondens ait. Ecce nunc intrauerunt petrus ⁊ paulꝰ
induti veſte preclara ⁊ coronas fulgentes habebant in capitibus ⁊
ꝓtulit velum ſanguine cruentatum ⁊ mōſtrauit eis ꝓpter quod mar
ti fuerunt ad criſtum conuerſi. ¶ Secundū exemplū in legenda quo
qꝫ pauli primi heremite legit̄ ꝙ beatꝰ antoniꝰ ille magnus vidit an
gelos aīam pauli ad celos deferētes/ qui currēs ad eiꝰ cellā inuenit
eū genibus flexis ad dn̄m orantē ita vt viuere eū extimaret/ ſed cū
mortuū didiciſſet dixit O ſanctiſſima aīa quod gerebas ī vita ī mor
te mōſtraſti ſicqꝫ adiutorio duoꝝ leonū ſupueniencīū ipſū tradidit
ſepulture. ¶ Terciū exemplum eſt de ſancto Germano de quo dicit
greg. xii. dia. Sanctus bn̄dictus lōge a capuana ciuitate poſitus ip
ſius aīam in globo igneo ad celū ferri ab angelis aſpexit. ¶ Quar-
tum exemplū eſt de beato franciſco de quo refert dn̄s Bonau. ī legē
da maiori ꝙ illa hora q̄ obdormiuit vnꝰ ex fratribꝰ vidit ipſiꝰ aīam
ſub ſpecie ſtelle ꝓfulgentē ī celū recto tramite ſurſū ferri. Miniſter
qꝫ fratrū terre laboris/ tūc erat frater augꝰ. vir vtiqꝫ ſanctꝰ ⁊ iuſtꝰ
qui in hora vltima poſitꝰ. Cū iampridē amiſiſſet loquelā audientibꝫ
qui aſtabāt ſubito clamauit ⁊ dixit. Expecta me pater/ expecta me
pater/ iā venio tecū/ querentibꝰ fratribus ⁊ admirantibꝰ cur ſic lo
queret̄. reſpondit. Nonne videtis patrē nr̄m frāciſcū qui vadit ad ce
lū. Et ſtatī ſancta illa aīa migrās a carne patrē eſt ſecuta. Sanctiſſi
mus eṗs inſup aſiſinas ad oratoriū ſancti michaelꝭ ī mōte gargano
tūc tṗis pegrinacionis cauſa prexerat. Cui beatꝰ franciſcꝰ ī nocte
tranſitus ſui apparens dixit. Ecce relinquo mundū ⁊ vado ad celū.
Mane igit̄ ſurgēs epūs ſociis narrauit q̄ viderat ⁊ aſiſinū rediēs
cū ſolicite reqſiſſet certitudinalit̄ recognouit ꝙ ea hora q̄ ſibi ꝑ viſio-
nem inotuit beatꝰ pater ex hoc mūdo migrauit. ¶ Quintū exemplū
de beato martino de quo refert beatꝰ Seuerꝰ in ſuo dialogo ꝙ bea
tus ſeuerꝰ epūs colonienſis dū die dn̄ica cum ſuis clericis poſt matu
tinum loca ſancta viſitaret illa hora q̄ vir beatꝰ obiit. Audiuit corū
canenciū in ſublimi/ dixitqꝫ ſuis/ dn̄s meꝰ martinꝰ epūs migrauit ex
hoc mūdo/ ⁊ nūc angeli canēdo deferūt eū in celū. Eodē quoqꝫ tēpe
mediolani ambroſiꝰ eṗs erat cū celebraret dn̄ica feſta diei. Erat cō-
ſuetudo vt veniēs lector nihil legere ꝓſumeret niſi priꝰ q̄ꝫ ſacto nutu
iuſſiſſet. Factū eſt aūt vt illa die dn̄ica vt nullꝰ extaret qui lectionē
beati pauli legeret/ qꝛ beatꝰ Antiſtes ſup ſanctū altare obdormiuit
quē cū nullꝰ excitare ꝓſumerꝫ tranſacto lōgo ſpacio excitauerūt eū
dicētes iā ꝓteriit. R̄ndit beatꝰ ambro. Nolite turbari multū mihi va
let ſic obdormiſſe/ tale miraculū dn̄s dignatꝰ eſt oſtendere. nā noueri-
tis fratrē meū martinū ſacerdotē egreſſū fuiſſe de corpe. me aūt eiꝰ
funeri obſequiū pſtitiſſe/ tūc illi ſtupefacti ꝓter diē ⁊ tṗs notāt ita

ꝗꝫ reperiunt ſicut dixerat illis Ambroſius· Sextuꝫ exemplū eſt ſan
ctoꝛuꝫ Geruaſi ⁊ ꝓtaſi martiꝝ quoꝝ coꝛpa īuenit beatꝰ ambro. an
no ſecūdo theodoſii mediolani· Nā ſibi apparuerūt ⁊ eciā cū eis ap
paruit paulꝰ ⁊ declarauerūt locuꝫ in quo illa coꝛpa erāt recōdita/ q̄
magna deuocione ambro· ad baſilicā fauſte poſuit· ¶ Septimū exem
plum eſt de īuencione coꝛpis ſancti ſtephani qđ repertū fuit ihero⸗
ſolimis apparēte gamalieli pſ̄bitero venit lucidiano· Et ne ꝑ ſinglos
ire neceſſe ſit/ mlta viſa ſūt eciā poſt moꝛtē de ſtatu defunctoꝝ i q̄
bus aiaꝝ īmortalitas aptiſſime demōſtrat̄· ¶ Secundū exemplum
dicit̄ exaudicionis· Si aīe ſanctoꝝ non viueret in regno dei/ quomō
poſſent hoīes mūdi in ſuis peticionibꝰ exaudiri/ ꝙ aūt exaudiantur
ptꝫ de illis· qui ſe virgini glorioſe Cathaline ātonio aliiſqꝫ ſāctis cō
mendāt quoꝝ ſuffragiis a mltis piculis ⁊ aduerſitatibꝰ liberant̄ in
tēpeſtate maris/ naufragiū pacientibꝰ ī egritudīe variiſqꝫ anguſtiis
laboꝛātibꝰ quociēs ſbuenit virgo beata· Quid igit̄ referres tu o fi⸗
li ꝑdicionis eſt ne moꝛtua virginis aīa/ eſt ne moꝛtua aīa beati anto
nii/ nūquid moꝛtua eſt aīa beate vrſe alioꝝqꝫ ſāctoꝝ· Abſit tā im⸗
piū erroꝛē cogitare· O pr̄ frāciſce quō aīam tuā dicere poſſumꝰ moꝛ
tuā qm̄ poſt moꝛtē tuā tāl's exhibuiſti ſbſidia caritatis· Narrat dn̄ſ
Bonaū· hoc qꝫ miraculū ī legēda maiori beati frāciſci· ꝙ i ꝑtibus ca
thalonie accidit virū quendā noīe iohanneꝫ beato frāciſco deuotum
quodā ſero ꝑ q̄zdā viā icedere/ in q̄ ꝑ inferēda moꝛte īſidie latitabāt
nō quidē ipi verū cuidā alteri· Exurgēs quidā de inſidiis cū hoſtem
ſuū eū eſſe putaret/ tā letalit̄ eū plagis pluribꝰ gladiauit/ vt nulla
pꝛoꝛſus ſbeſſet ſpes recupacioīs ſalutis· Cū igit̄ iudicio medicoꝝ ip
ſius pietatis eſſet curacio ꝯuertit ſe ad beati frāciſci patrociniū q̄ꝫta
poterat deuocione ſalutē poſtulabat· Cui nocte aſtitit quidā ī habitu
fr̄is minoꝛis ꝑ feneſtrā ingreſſus qui vocās eū dixit/ ꝙ fiduciā habui
ſti in me/ ecce dn̄s liberabit te a quo cū eger inq̄reret quis eſſet frā
ciſcū ſe eſſe reſpōdit· Et ſtati appinquās vulnerū ſuoꝝ religaturaꝫ
reſoluit· Et cū vngēto ꝑ oēs plagas vt videbat̄ punxit· ſtati ipe ſē
ſit ſe priſtine reſtitutū ſanitati/ quo facto beatꝰ frāſciſcꝰ receſſit· at
ille vxoꝛē letꝰ vocauit q̄ celerit̄ currēs ⁊ ſtare iā vidēs quē ſepeliē
dum putabat in craſtinū uiciniam totā clamore ꝯpleuit· accurrētes
aūt filii ⁊ cū niterent̄/ illū tāq̄ꝫ freneticū in lectū reponere/ ⁊ ille re
nuēs oſtēderet ⁊ aſſereret ſe ſanatū tāto ſūt ſtupoꝛe atterriti vt q̄ſi
ſine mēte oēs effecti ipm fātaſticuꝫ eſſe crederēt ꝙ videbāt/ quē pau
lo ante ꝯſpexerāt plagis atrociſſimis laniatū plena videbāt incolūi
tate iocundū· Quibꝰ ille q̄ factꝰ fuerat ſanꝰ ait· Nolite timere quia
ſanctꝰ frāciſcus mō a loco iſto receſſit/ Et illaꝝ ſacraꝝ manuū ta⸗
ctu me itegre liberauit· Jnq̄t poſt hec doīꝰ Bonaū· Digna quidē bea
tus pater carne iā mortuꝰ vt viuēs cū criſto ꝑ penitencie ſue oſtēſiōe

mirabili ⁊ manuum ſacrarum palpacione ſuaui vulnerato letaliter viro ſanitatem cōceſſit cū illius in ſe ſtigmata tulerit / q̄ miſericorditer moriens ⁊ mirabiliter reſurgēs vulneratū genꝰ humanū ⁊ ſemiuiuum relictū plagaꝝ ſuarum virtute ſanauit. Terciū exemplū dicit̄ defenſionis ſanctoꝝ / quippe patrocinia quibꝰ ſepiꝰ populi ſubſidii in defēſionis obtinuerūt animā oſtendūt imortalē. Scribit̄ nāq̄ʒ in .ii. mach. c. xv. qualit̄ cū iudas machabeꝰ cogeret̄ bellū cōmittere cōtra nichanorē qui hierlm̄ ⁊ templū diſſipare volebat eſſetq̄ʒ iudas in locis ſamarie cū paucis q̄ timebāt ꝓpter paucitatē ſuā hortatus eſt eos iudas expoſito ſōnio quod in eadē nocte viderat in hunc modū / viderat ſūmū ſacerdotē defunctū iā manus ꝓtendentē orare ꝑ populo iudeoꝝ. poſt hūc apparuiſſe ieremiā ꝓphetā dediſſeq̄ʒ ipſi Jude gladiū aureū ⁊ dicentē. Accipe gladiū ſanctū i quo occidas aduerſarios populi mei Jſrahel / qua viſione cōfortati qui erant cū iuda impetū fecerūt in hoſtes ⁊ proſtrauerūt ex eis nō minꝰ .xl. millia nichanore cū eis interēpto ⁊ redierūt Jheroſolimā benedicentes deuʒ caput nichanoris ⁊ manū cū humero abciſaʒ circa templū ſuſpendētes. Nōne ſanctꝰ mercuriꝰ Julianū apoſtataʒ interfecit. Nā cū ipe cōtra perſas incederet manu forti i nocte vidit baſiliꝰ in eccleſia ſācte marie i viſu multitudinē angeloꝝ / ⁊ in medio quandā feiam in trono ſtantē / ⁊ aſtantibꝰ dicentē. Vocate mihi cito mercuriū / qui Julianū apoſtatā occidat qui me ⁊ filium meū ſuphe blaſphemat. Erat aūt mercuriꝰ quidā miles qui ab ipo Juliano ꝑ fide criſti fuerat int̄fectus / ⁊ i eadē eccleſia erat ſepultus / ſtatiq̄ʒ ſanctꝰ mercuriꝰ cum armis ſuis q̄ ibi ſeruabant̄ affuit / ⁊ viſus ab ea i pliuʒ ꝓperauit / ⁊ monumentū ſuū aperuit. Expgefactꝰ baſiliꝰ ad locū ubi ſanctꝰ mercuriꝰ cū armis ſuis q̄ſcebat iuit ⁊ monumētū ſuū apiens nec corpꝰ ibi nec arma inuenit. Sequēti mane ibidē rediēs inuenit corpus eiꝰ ⁊ arma ⁊ lanceā ſaguine cruentatā. Et ecce quidā de exercitu dixit Cum Julianus imperator in exercitu moreretur affuit miles quidaʒ ignotꝰ qui vrgēs calcaribus equū audaci mente Julianū ipecijt lanceam fortit̄ vibrans ipſū ꝑ mediū pforauit. Et ſbito aſcendēs nuſq̄ʒ cōparuit. Ipſe vero Julianus duʒ adhuc ſpiraret / vt dicit̄ in hiſtoria triptita ſanguie ſuo manū ipleuit / ⁊ i aere ꝓiecit dicēs. Viciſti me Galilee viciſti / ſicq̄ʒ in his vocibus expirauit. Et ab omnibꝰ ſuis inſepultus relictus fuit. Ecce quotquot nobis offerunt̄ exēpla vt aiaʒ imortalem ſciamus. O dura corda quid facitis. cur anime ſaluteʒ negligetis. Audite criſtuʒ dicentem. Mat. xvi. quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundū lucretur. Anime vero ſue detrimentū paciatur / aut quā dabit homo cōmutationem ꝑ anima ſua. queramꝰ igit̄ illā ſaluare / vt viuat cū xp̄o hic ꝑ graciā / ⁊ in futo ꝑ gloriā Amen.

GLorioſiſſimo principi ⁊ domino domino Nicolao marcel
lo sereniſſimo venetiarum duci. Dominicus Bollanus ar
cium ⁊ philoſophie doctor/ debita reuerēcia erga ſublimi
tatem ſuam premiſſa plurimū ſe cōmendat. Cum ex flo
rentiſſimo gymnaſio Paduano ad patriam reuerſus eſſem/ tantūq
ocii mihi daretur quale nunq̄ ſimile per totum tempus elapſum vi
te mee mihi datum fuit/ cogitaui nolle vitam meam ſub ſilencio p
tranſire/ imo aliquod opus laude dignū decreui efficere/ quo mediā
te vita noſtra illuſtraretur. Nam vita qua fruimur breuis eſt/ ⁊ ni
ſi homo dum viuit aliquod laude dignū efficiat/ veluti belua vitā
ſuam ducit/ atq eandem terminat. Cum autem multa ipſe mecum
animo voluerem decreui illā iamdiu inter ſic clariſſimos theologos
agitatam controuerſiam de concepcione glorioſiſſime virginis Ma
rie contexere. Opus autem ad finem peroptatum duxi/ in quo quan
tum potuimus imitati ſumus patrem noſtrum Aurelium Auguſti
num/ ⁊ theologie principem/ atq monarcham Scotum/ a cuius fō
te vberrimo multa preclara ſumpſimus/ veriſſimiſq racionibus ta
q excellentiſſimis ſanctorum auctoritatibus virginē glorioſiſſimā
in concepcione ſanctam/ nec vnq̄ a macula peccati originalis fuiſſe
deturpatam demonſtrauimus. Cum vero intellexiſſē ſerenitatē tuā
glorioſiſſimam dei matrem Mariam ſūmo quodā honore ⁊ reuerē
cia venerari/ volui opus hoc tuo glorioſo nomini dedicare. Suſcipe
ergo diue Princeps libenti animo opus manuum noſtrarum ipſum
lege ac perlege quoniam tua excellēcia multa preclara ac laude dig
na in opere iſto inueniet/ et hoc non tantum meū/ verum eciā oīm
aliorum qui ab omni cura ⁊ odio vacui ſunt erit tale iudiciū. Nihil
aliud mihi deniq reſtat/ niſi piis precibus orare dominū deum no
ſtrum/ vt pro bono ſtatus et reipublice Venete in hac mortali vita
Serenitatem ⁊ excellenciam tuam diu feliciterq cōſeruet/ quoniā
vt inquit pypateticorum princeps Ariſt. iii. politicorum. Melius ē
ciuitatem regi a principe optimo/ q̄ optima lege.

Dominici Bollani arcium ⁊ philoſophie doctoris filii magnifici
domini Candiani in queſtionē de concepcione glorioſiſſime virginis
Marie Prohemium.

Non paruo dolore animi afficior/ cum audio quoſdā
magiſtrali infula decoratos viros pertinaciter affir
mare glorioſiſſimam intemeratamqꝫ virginem ma
riam ab eterno Jheſu criſti matrē electam a macu
la peccati originalis fuiſſe deturpatā/ atqꝫ in ea cō
ceptam. Nā cū ſacroſancta mater eccleſia tāta ta⸗
liaqꝫ de glorioſiſſima virgine maria canat atqꝫ affirmat. Que nulli
vnq̄ꝫ alteri creature pure ↄceſſa vident̄. Profecto poſſent in beatā
virginem modeſti9 loqui/ ⁊ ita pleno ore/ q̄d affirmāt affirmare nō
deberent. Si aug9. doct9 fidei nr̄e lumē ac ſyd9 clariſſimū/ cui datū
eſt/ de ſūma et incomp̄henſibili trinitate dei loqui/ atqꝫ determiare
ꝑpter honorem domini/ cum de peccatis ab illo agit̄ nullaꝫ de beata
virgine voluit facere queſtionē. Profecto hi maxio errore ducunt̄
affirmantes virginē in peccato originali fuiſſe ↄceptam. Quoniā ſi
ita i ſcripturis ſacris exp̄ſſe determinatū eſſet ſicuti hi viri affirmāt
nōne ſancta mater eccleſia cui datuꝫ eſt errores remouere ⁊ ea que
noſtre fidei cōſona ſunt ponere/ eam in peccato originali conceptam
affirmaſſet atqꝫ predicaſſet. Si ergo eccleſia ſancta dei hoc affirma
re non decreuit que tanta ac talia de virgine locuta eſt. Cur ergo hi
nulla euidenti racione coacti neqꝫ ab eccleſia aſtricti hoc tam impie
affirmare audent. Huius rei cauſam aliaꝫ reperire nequeo/ niſi ꝙ
aſſidua eorum de hac re cogitacio in peſſimum vſū conuerſa eſt. Im
poſſibile pociuſqꝫ eſſet opinionē hanc a veritate alienam ex cordibꝫ
illorum euellere/ q̄ꝫ iudeorum perfidiam de illorum cordibus eradica
re. Aggrediamur ſacre theologie fōtes vberrimos/ ⁊ videam9 q̄d
de concepcione glorioſiſſime virginis affirmatur/ ac in ſcripturis ſa
cris legitur. Dicat nunc nobis ſapiencia Salomonis/ quid de tali cō
cepcione ſenciat loquens in perſona marie. Dominus poſſedit me ab
inicio viarum ſuarum anteq̄ꝫ quicq̄ꝫ fieret a principio creacionis ſcꝫ
mundi/ quādo dictum eſt. In principio creauit deus celum ⁊ terraꝫ
ab eterno ordinata ſum/ vt eſſem ſcꝫ iheſu criſti mater/ ex antiquis
ſcꝫ eternitatis/ anteq̄ꝫ terra fieret/ ideſt ante omnem corporalem cō⸗
ditam creaturā nondū erant abiſſi/ ideſt nondū erāt angelice nat̄e/
que abiſſi nūcupari poſſūt ad oſtendendā eaꝝ ſubſtanciarū excellen
ciam/ ⁊ ego maria iam concepta erām in mente ſcꝫ opificis ⁊ creato
ris mei. nondū fōtes aquaꝝ eruperāt nōdū ſanctorū p̄dicaciones eru
perāt/ q̄ ſancti tanq̄ꝫ fōtes vberrimi nūcupant̄ de q̄bꝫ dixit eccleſia.

In omnem terrā exiuit ſonus eoꝝ/ ⁊ ī fines orbis terre verba eoꝝ
Nec martires graui mole ꝯſtiterāt. Nec martires q̄ ſua ſtabilitate
⁊ aſpſione ſui ſanguīs eccleſiā dei auxerūt/ ⁊ ī quadā ſtabilitate illā
poſuerūt ꝯſtiterāt. Et ego maria iā ꝯcepta eraꝫ ante oēs colles ego
ſcꝫ maria pturiebar/ ideſt ante omēs creaturarū naturas/ atqꝫ eſſē
cias que poſſunt appellari colles/ quia ſicut vnus collis alium exce
dit ſecundum apicem ⁊ ſūmitatem ſuam ſic in ordine emīnēcie crea
turarum eſſencia vnius ſecundum perfectionem eſſencialem aliā ex
cedit. Si ergo eccleſia ſancta dei id quod de ſapiencia vnigeniti filii
dei dicitur de glorioſiſſima virgine affirmare decreuit/ eiuſqꝫ cōcep
cio ſancta in mente opificis ab eterno ordīnata eſt ante cuiuſcūqꝫ al
terius creature concepcionem atqꝫ creacionem/ quoniaꝫ vt dicit au
guꝰ. ſermone. xliii. ad heremitas Maria mater eius ſcꝫ criſti electa
eſt ⁊ ſuper omnes creaturas preelecta quomodo audent hi viri affir
mare peccatum Ade potuiſſe maculare animā virginis ac dei ma
trem/ ſi ante omnem creaturam virgo fuit cōcepta atqꝫ preelecta ſu
per omnes creaturas ī mēte creatoris noſtri. Hoc profecto ab his
dicendum nō eſt/ cum augu. fidei noſtre ſydus clariſſimum li. xiiii.
de ciui. dei. c. xi. dicat. Homo enim peccato ſuo nō potuit diuinum
perturbare conſilium/ quaſi ꝙ ſtatuerat deuꝫ mutare ꝯpulerit quo
niam ſiue Adam peccaſſet ſiue non. Conſilium domini ineternū ma
net. Dicāt eciam nobis Cantica canticoꝝ/ quid de concepciōne vir
ginis ſenciat/ ⁊ de filio dei ad glorioſiſſimam virginem loquente q̄d
affirmat. Ecce iſte ſcꝫ dei filius/ venit ſcꝫ in mundum/ ſaliens in mō
tibus/ et tranſiliens oēs colles ideſt excellens ſuper omnes ſanctos
⁊ angelorum choros. en ipſe ſcꝫ dei filius/ ſtat poſt parieteꝫ noſtrū
ſcꝫ quando verbum caro factum eſt ꝓſpiciens per feneſtras ſenſuū
ſcꝫ exteriorum/ ⁊ per cancellos ſenſuum ſcꝫ interiorum. En dilectus
meus ſcꝫ dei filius loquitur mihi ſcꝫ marie/ vt ipſum dei verbum fie
ret caro/ dicens ſurge amica/ ⁊ non inimica/ vt cetere mulieres. Ve
ni colūba mea/ ī qua nō eſt macula aut fel. formoſa mea/ iā hyems
tranſiit ad demonſtrandum marie iram dei in genus humanuꝫ erga
illam non eſſe nec ipſā ſub tali hyeme poſſe capi/ ideo īmediate poſt
inquit. Imber abiit ⁊ receſſit flores apparuerūt ī terra noſtra. Sur
ge ſcꝫ maria/ ⁊ nulla macula eſt ī te. Si ergo dei filiꝰ trāſiliuit oēs
colles oēs ſanctos ⁊ angelorū choros/ nōne fuit maiori laude gloria
qꝫ digniſſimꝰ hūani generis redēptor xp̄s q̄ꝫ deſtructor hūani gene
ris adā pat̄ pc̄ti/ q̄ fuit de terra virgīe nullis vnq̄ꝫ macul̄ deturpata
Quō ergo xp̄s redēptor nr̄ potuiſſet eē deterior q̄ꝫtuꝫ ad huiꝰ ſeculi
originē ipo Adā. nā vt eciā aſſerit aureliꝰ augꝰ. eodē ſmone. xliii.
dicēs. Sicut ī celo habuit patrē immortalē ⁊ eternū ſic ⁊ ī terra ha

buit matrem omni corrupcione carentem. Erubeſcant hi ⁊ amplius
non loquantur/ quia marie dicitur. Surge amica mea ſpecioſa mea
ſurge ⁊ nulla macula eſt in te. Ampliꝰ nōne fuit potencia in patre
eterno/ vt verbum ac vnigenitum filium ſuum quando debebat fie
ri caro nobilioris maioriſqꝫ dignitatis eſſet quantum ad origīnē ipo
Adam. Nonne fuit ſapiencia in vnigenito filio dei/ cum amore ſpi
ritus ſancti in veneranda criſti matre. Si ergo non fuit omnipoten-
cie defectus/ neqꝫ ſapiencie error/ neqꝫ amoris impedimentū. Si cri
ſtus potuit venerari matrem/ qua veneracione ⁊ ipſe venerabatur/
quia vt dicit auguꝰ. eodē ſermone. xliii. In celo qualis eſt pater ta
lis eſt filius/ ſic ⁊ in terra qualis eſt mater ſecundum carnem talis
eſt filius ſcꝫ criſtus. Profecto pocius hi ſilere deberent/ qꝫ velle tali
bus contumeliis glorioſiſſimam dei matrem afficere/ de qua dixit ec
cleſia. Quibus te laudibus referā neſcio quia quē celi cape nō pote
rant tuo gremio contuliſti. Et alibi dicitur. Felix es ſacra virgo ma
ria/ ⁊ omni laude digniſſima/ ad demonſtrandum ipſam nulla igno
minia eſſe afficiendam. Cauſa autem huius eſt/ quia ex illa ortus ē
ſol iuſticie criſtꝰ deus noſter. Et alibi dicit̄ ab eccleſia. Que eſt iſta
que progreditur quaſi aurora/ pulchra vt lūa/ electa vt ſol. vnde di
ctum eſt in pſalmis. In ſole poſuit tabernaculum ſuū/ quod taber
naculum fuit virgo/ ⁊ ipſe ſcꝫ criſtus tanqꝫ ſponſus exiēs de thala-
mo ſuo. Dicant nobis hi viri/ ſi deus ab eterno voluit eligere virgi
nem/ vt de hac naſceretur criſtꝰ humani generis redemptor quomo
do potuit eligere creaturam futuram deo inimicam/ ⁊ ire filiā/ vt
mediante filia ire genus humanum redimeret̄ preſertim cū eam po
tuit mundam concipere immundicia ſeminum pentum ſuorum non
obſtante. quia ꝓpheta Job. Intuens eam creaturam in qua verbum
ac dei filius debebat fieri caro dixit. Quis poteſt facere mundū ſcꝫ
indiuiduum aut ſuppoſitum de imundo conceptū ſemine. Nōne tu
qui ſolus es. Ad demonſtrandum omnipotenciā dei erga creaturā
talem eſſe/ vt non obſtante imundicia ſeminis parentū/ ipſam crea-
turam mundam de imundo ſemine concipi poſſe. Et ideo Anſhelmꝰ
doctor ille venerabilis recognoſcens ſe alio quodam loco male affir
maſſe virginem in peccato fuiſſe conceptam dixit. Decet virginem
ea puritate nitere/ qua ſub celo nulla maior nequit itelligi ꝙ profe-
cto tāta puritate nō niteret virgo ſi i peccato originali fuiſſet ꝯcep
ta. Ampliꝰ maria fuit plēa grā anteqꝫ Gabriel angelꝰ miſſus fuiſ
ſet ad eā/ ꝙ inuenit eā plēa grā/ cū dixit. Aue grā plēa q̄li plenitu
dine grē nulla vnqꝫ creatura fuit plena/ ꝙ vt refert beatꝰ hiero. ad
Paulam ⁊ euſtochiū/ ⁊ vere dicitur plena gracia/ quia ⁊ ſi ceteris
ſanctis per partes datur gracia/ Marie vero ſe īfudit tocius gracie

plenitudo. Et in eodem loco pauloport ait. Et ſi ſanctis patribus ac
prophetis gracia fuiſſe creditur tamē non eatenus plena. In maria
vero tocius gracie que ī criſto eſt venit plenitudo. Augu9. ſermōe
xliii. de natiuitate criſti ſic dicente. Maria mater criſti electa eſt/ et
ſuper omnes creaturas preelecta omnibus graciis fecundata/ omni
bus virtutib9 ornata/ omni ſanctitate in vtero matris repleta/ vt de
mundiſſima matre mundiſſimus naſceretur filius quia ſicut in celo
habuit patrem īmortalem ſic et in terra habuit matrē omni corrup
cione carentem. Ergo hi pace ſua dixerim male affirmant/ virginē
in peccato fuiſſe conceptam ſi tocius gracie/ que in criſto eſt/ in ma
ria plenitudo venit/ Et ideo hieronimus concludens tantam gracie
plenitudinem marie a domino collatam dixit quam natura non ha
buit. Nam virgo ſecundum naturam prona erat ad accipiendā ma
culam peccati originalis/ quia et ipſa per concubitum viri et mulie
ris originem habuit ab Adam/ et ideo tanta plenitudo gracie illi da
ta eſt/ non per naturam quam habuit/ ſed per dei graciam atqꝫ mi
ſericordiam/ et ideo dixit hieronimus. vſus neſciuit/ quia omnes ma
ria excepta mundati fuere poſtqꝫ in peccato ceciderūt. Ignorauit ra
cio/ nam per racionem continue apud omnes argutum fuit omnes qui
ab Adam habent originem per concubitum viri et mulieris in pec
cato originali fuiſſe conceptos ſecundum legem cōmunē hec ergo
racio ignorauit graciam a domino marie collatam/ ita ac taliter/ quod
mens humana non capit/ quia hoc excedit omnem aciem intellect9
humani. Immo pauet celum vt dicit hiero. ſtupet terra. Nam vt di
cit Bern. exponens illa verba/ gracia plena. Inquit in ore plena gra
cia affabilitatis/ in manibus plena gracia liberalitatis/ vere plena
quia de plenitudine eius gracie capiunt vniuerſi captiui redempcio
nem triſtes conſolacionem peccatores veniam/ iuſti graciam/ angeli
leticiam/ tota denicꝫ trinitas gloriam quod ſi ita eſt vt aſſerit iſte ſan
ctus ac dei vir. profecto et ipſe alio quodam loco ſatua ſemper reuerē
cia et ſanctitate ſua/ male locutus eſt affirmando virginem a macu
la peccati originalis fuiſſe deturpatam/ atqꝫ in eam conceptā. Ne
qꝫ in hoc aliquis mihi moleſtus ſit quod vnuſquiſqꝫ magis tenetur ve
nerari dei matrem celorum reginam/ angelorū dominā/ quā doctrinā
beati bernardi in hoc paſſu extollere/ quod cū lumine illo tocius eccle
ſie noſtre hieronimo ſum/ qui affirmat tocius gracie plenitudinē/
que in criſto fuit in glorioſiſſima/ ac omni laude digna maria veniſ
ſe/ quia cum de peccatis agimus/ vt refert aurelius augu9. nullam
de beata virgine volumus facere queſtionem propter honorem dn̄i
quod cū queſtio ſit propoſicio dubitabilis. De beata aūt virgīe nulli dubiū
eſſe quod ipſa in ɔcepcōe ſanctā ac omni grā plenam fuiſſe conceptā.

Concludamus ergo ⁊ dicamus ꝙ ſi tanta fuit plenitudo gracie ī ma-
ria / qualis nec in Adam nec in eua fuit / qualis nec in angelis nec
in archangelis / aut in principatibus / qualis nec in poteſtatibus vir-
tutibus aut dominacionibus / qualis nec in tronis cherubinis / nec
in ſeraphinis vnq̄z fuit / quia exaltatur ſancta dei genitrix ſuper co-
ros angelorum ad celeſtia regna eccleſia ſic affirmante quia tocius
gracie plenitudo / que in criſto fuit marie data eſt hieronimo teſtan-
te quia de plenitudine eius gracie capiunt vniuerſi Bernardo loquē-
te / quia decet virginez tanta puritate nitere / qua ſub celo nulla ma-
ior nequit intelligi Anſhelmo confitente / quia cum de peccatis agi-
tur propter honorem domini nulla eſt faciēda lis aut queſtio de ma-
ria Auguſtino dicente / quia inter omnes mulieres nemine excepta
fuit benedicta Eliſabeth reuelante · Dicamus ergo ⁊ ex his conclu-
damus glorioſiſſimam virginem in concepcione ſanctam ac plenam
gracia fuiſſe / nec vnq̄z a macula peccati originalis fuiſſe deturpa-
tam quod cum ita ſit ſicut a nobis demonſtratum eſt / ego qui ab in-
cunabulis / ac teneris vnguiculis ſemp̄ fui ſeruus glorioſiſſime vir-
ginis marie / futuruſq̄z ſum / ſi deo placuerit vſq̄z ad vltimum etatis
noſtre terminū · Decreui multa que ex ſacris theologie fōtibus ema-
narunt in corpus vnum queſtionis contexere / ⁊ hoc latino ac claro
ſermone / ita vt mediante lumine glorioſiſſime virginis marie que
tenebras intellectus noſtri illuminare dignabitur dicemus tanta ac
talia / ꝙ ſi aduerſarii veritatis in ſua ꝑtinacia ꝑmanere nollēt / racō-
nibus veriſſimis ducti / confitebuntur ⁊ ipſi glorioſiſſimam virginē
in concepcione ſanctam nec a macula peccati originalis vnq̄z fuiſſe
deturpatam · Deo altiſſimo gracie infinite referantur ·

Queritur vtrū glorioſiſſima virgo maria ſit in peccato ori-
ginali concepta Affirmatiue arguēdo formabimus quin-
q̄z articulos · In primo oſtendemus p̄ raciones cōmunes
quibus oſtenduntur omnes qui ex lumbis Ade habuerīt
originem contraxiſſe tale peccatuz virginem eciā ipſam in tali pec-
cato fuiſſe conceptam · ¶ In ſecundo articulo oſtendemus p̄ rōnes
ꝓprias ſpecialiter de virgine loquentes ipſā in tali peccato fuiſſe cō-
ceptam · ¶ In tercio hoc quidem demonſtrabimus ex priuilegiis ſo-
li criſto cōpetentib9 · ¶ In quarto adducem9 auctoritates cōmunes
affirmantes omnem creaturam humanam puram poſt ade delictum
in tali peccato fuiſſe cōceptam · ¶ In quinto ⁊ vltimo adducem9 au-
ctoritates ſpecifice de glorioſiſſima virgine affirmantes ipſam in ta-
li peccato fuiſſe conceptam ·

¶ Argumenta quibus oſtenduntur omnes qui ex lumbis Ade per
cōcubitū viri ⁊ mulieris hūerūt originē ꝯtraxiſſe peccatū originale ·

AD oſtendendum omnem humanam creaturaꝫ nemine excep
ta in peccato originali fuiſſe conceptam / accipiendū eſt illud
Pauli apoſtoli dictum. Omnes in Adam peccauerunt tan
q̄ʒ ſcʒ in radice. ergo omnes qui ex lumbis eius per concubitum viri
⁊ mulieris duxerunt originem contraxerunt tale peccatuʒ. ¶ Primo
ergo ꝓbabimꝰ antecedens huius conſequēcie / quāuis ſit formaliter
Pauli apoſtoli dictum. ¶ Secundo ꝓbabimus conſequenciā. Data ꝑ
te negatiua antecedentis ſcʒ ꝙ nō omnes in Adaʒ peccauerunt / duo
ſequerent̄ īconueniencia. ¶ Primū īconueniens / fuiſſet aliqua crea
tura humana que redempcionis noſtri ſaluatoris non indiguiſſet.
¶ Secundum inconueniens preter criſtum redemptorem noſtruʒ fu
iſſet aliqua creatura pura poſt lapſuʒ Ade / que in originali iuſticia
fuiſſet concepta. ¶ Primum inconueniens ſic deducitur. Nam cri
ſtus ī euangelio dicit. Non eſt opus valentibus medicꝰ / ſed male ſe
habentibus. Si ergo virgo non peccaſſet in Adam / neqꝫ contraxiſ-
ſet peccatum per te ergo non indiguit redempcione / probo conſequē
ciam / ꝙ redēpcio preſupponit lapſū. ¶ Confirmat̄ īdigencia ꝓſup po
nit defectū. Si ergo ī virgine nullus fuit defectꝰ. ergo nō fuit ī ea
indigēcia redēpcionis. ¶ Cōfirmat̄ ſecūdo ꝙ vt dicit Paulꝰ apoſto
lus / ſicut vniꝰ Ade peccatū regnauit in omnes in condēpnacionē /
ſic ⁊ vniꝰ criſti iuſticia regnauit ī oēs in iuſtificacionē. Modo dato
oppoſito prime partis huiꝰ auctoritatis / ſequit̄ oppoſitū ſecunde ꝑ
tis eiuſdem / quia ſi vnius Ade peccatū non regnauit in omnes ī cō
dempnacionē. ergo nec vniꝰ criſti iuſticia regnauit in oēs ī iuſtifica
cionem. ¶ Secundū īconueniens ſic deducit̄. Priuacio originalis iu
ſticie debite in nobis omnibus eſt ꝓpter peccatū primorum ꝑentuʒ ī
concepcione vniuſcuiuſqꝫ noſtrum contractum eo ꝙ ī omnes illos
peccauimus. Si ergo fuit aliqua creatura que ī primis parentibꝰ nō
peccauit. ergo ab illa creatura non fuit remota in concepcione origi
nalis iuſticia que ab aliis remouetur ex īputacione et contractione
peccati origīalis. ¶ Confirmatur qui nullo modo peccat ab eo nō re-
mouetur id quod aliis remouetur propter peccatum / preſertim cuʒ
peccatum ſit cauſa priuatiua illius / ſi ergo virgo non peccauit in ra
dice / neqꝫ contraxit peccatū originale / nec alio altero modo vnq̄ʒ pec
cauit. ergo ab iſta non remouetur ī concepcione ſua originalis iuſti-
cia / que aliis ꝓpter peccatū remota fuit. Patet ergo illud antecedēs
fuiſſe ſufficienter ꝓbatuʒ ꝑ deductionē iſtoꝝ duoꝝ īconuenienciū.
¶ Nunc vero probanda eſt ꝯſequencia que talis fuit. Oēs in Adaʒ
peccauerunt tanq̄ʒ ī radice. ergo oēs qui ex lumbis eius per concubi
tum viri ⁊ mulieris duxerunt originem ꝯtraxerunt tale peccatuʒ q̄
conſequencia niſi valeret / ſequerentur ſex abſurda inconueniēcia.

Primum inconueniens. Pena eſſet alicui creature illata a deo iniu-
ſte nulla antecedente cauſa talis pene. Inconueniens ſic deducitur
Virgo maria mortua eſt tempali morte/ que mors pena eſt quia eſt
vltimum terribiliuʒ in hac vita/ aut ergo mortua eſt/ quia peccauit
in Adam tanq̃ʒ in radice/ ⁊ non contraxit tale peccatuʒ/ quia fuit p̄
uenta per dei graciam ſecundum te. Aut quia peccauit in radice/ et
contraxit peccatū originale. Aut pena iſta data eſt virgini ad maio
rem cumulum meritorum vt dicunt quidaʒ. Aut iſta pena illi a do
mino iniuſte data fuit. Hec eſt diuiſio ſufficiēs/ neqʒ aliud membrū
aſſignari poteſt quare virgo mortua eſt tēporali morte. Non eſt dā
dum primum membrum/ quia peccatum in radice non contractū nō
ponit aliquem defectum in anima ſiue in creatura apud dominum
quia dato oppoſito dicant nobis quem alium defectum poſſet pone
re peccatum originale in radice in anima alicuius niſi illuʒ defectū
qui eſt ꝓprie quando contrahitur tale peccatum/ qui defectus ſi alt̄
eſt ab illo/ ſufficit nobis ꝙ ab eo virgo non fuit liberata/ voca eum
quomodo vis. Amplius ſequeretur ſi iſtꝫ defectus eſſet alter ab il
lo/ qui contrahitur in concepcione per peccatum originale/ ꝙ in aīa
vniuſcuiuſqʒ noſtrum fuiſſent duo defectus contractio peccati/ ⁊ al
ter precedens talem contraccionem. Neqʒ eſt dandum ſecundū me
brum/ quia ſecundum opinionem tuam virgo nō contraxit origina-
le peccatum. Neqʒ eſt affirmandum tercium membrum/ quia merita
augentur ex bonis operibus/ ⁊ demerita augent̄ ex malis. ergo mors
non potuit dari virgini in penam ad maiorem cumulum meritorum
Confirmatur quia non eſt inferenda pena alicui/ niſi quando deme-
retur quia non ſunt facienda mala vt eueniant bona. ¶ Confirmat̄
ſecundo Virgo maria ob eius mortem non fuit aucta in meritis ſed
per eius humilitatē quando dixit. Ecce ancilla domini/ fiat mihi ſe
cundum verbum tuum. Et ideo poſt iſta verba maria dixit. Magni
ficat anima mea dominum. Et poſt aliqua verba/ Quia reſpexit hu
militatem ancille ſue/ ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes ge
neraciones. Relinquitur ergo vltimum membrum cum nullum alio
rum dari poſſit ex ſufficienti diuiſione deductum/ quod eſt inconue-
niens probatum. ¶ Huic difficile argumento quidaʒ theologi dixe
runt ꝙ peccatum originale non eſt cauſa adequata mortis naturalis
ita ꝙ mors ſemper proueniat ex tali peccato/ probatur quia mors cri
ſti non fuit ꝓpter peccatum originale. Et ideo dicunt ꝙ cum in vir-
gine maria fuerunt duo principia intrinſeca. ſcʒ forma intellectiua/
⁊ eius materia/ racione cuius compoſicionis ineſt ei corruptibilitas
tranſacto certo tempore vnionis iſtorum duorum principiorum/ po
ſtea prouenit mors/ quia ſecundum ariſto. Omne corruptibile de ne

ceſſitate corrumpetur. Et ideo mors virginis fuit ex talibus princi-
piis/ ⁊ non ex peccato originali. Sed ſalua pace tantorum virorum
hec reſponſio theologie noſtre non eſt conueniens/ quia dictum eſt
a domino. Quacunqꝫ hora comederitis morte moriemini. Super qui
bus verbis ab omnibus theologis dicitur ꝙ duplex fuit intellecta
mors/ tempalis ſcꝫ ⁊ eterna. Et ſi adam non peccaſſet. quamuis corrup
tibilitas vnicuiqꝫ noſtrum ex natura ꝓpria conueniat/ tamen nunqꝫ
talis aptitudo fuiſſet educta de potencia ad actum/ quod autem hoc
ſit verum auctoritate aurelii augu. hoc comꝓbamus li. xiii. de. ciui.
dei. c. iii. dicentis. Quaꝓpter fatendum eſt primos quidem homines
ita inſtitutos fuiſſe/ vt ſi non peccaſſent nullum experirentur genꝰ
mortis/ ſed eoſdem primos peccatores ita fuiſſe mulctatos vt eciaꝫ
quicquid eorum ſtirpe eſſet exortum eadem pena teneretur obnoxiū
Quamuis ergo in nobis ſint principia compoſicionis/ racione quoruꝫ
ineſt nobis mortalitas ⁊ corruptibilitas/ ſi primi parentes non pec-
caſſent fuiſſemus preſeruati a morte tempali/ quia vt dicit eciā au
guꝰ. eodem libro de ciui. dei. c. xix. Primos homines ita fuiſſe con-
ditos/ vt ſi non peccaſſent/ nulla morte a ſuis corꝑibus ſoluerentur
ſed ꝑ meritis obediencie cuſtodite imortalitati donati cum eis viue-
rent ineternum. Ex iſtis auctoritatibus ſatis clare conſtat reſpōſio
nem iſtorum theologorum pocius eſſe ſecunduꝫ fallacē philoſophiā
quam ſecundum veram theologiam noſtraꝫ. ¶ Nec valet motiuū iſto
rum ſcꝫ ꝙ peccatum non eſt cauſa adequata mortis/ quia criſtꝰ mor
tuus eſt ⁊ non ex peccato/ quia ſuperius oſtenſum eſt ſecundum au
gu. ꝙ mors ineſt nobis ex peccato primorū/ criſto autem non fuit da
ta mors ꝓpter peccatum/ quia vt dicit Iſaias oblatus eſt. ſcꝫ ad mor
tem/ quia voluit. vnde mors illi neceſſario data non eſt/ ꝙ ſi voluiſ
ſet ineternum vixiſſet. Voluit ergo criſtus mori vt liberaret genꝰ
humanum/ quod perierat per mortem ſuam. vnde dicitur ⁊ canit ab
eccleſia. Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit. Non quideꝫ mor
tem tempalem vniuſcuiuſqꝫ noſtrū deſtruxit/ quia vnuſquiſqꝫ no-
ſtrum moritur/ ſed deſtruxit mortem eternam quā debebamꝰ incur
rere ex peccato primorum parentum.

¶ Secundum inconueniens quod ſequitur niſi illa conſequencia te
neat eſt ꝙ aliqua creatura humana a deo eſſet ꝓducta ꝓpter aliqueꝫ
finem/ ⁊ tamen naturaliter nulla antecedente cauſa inclinaretur ad
oppoſitum ſui finis/ probatur quia ſecundum augu. ſuper libro gene.
Deus creauit hominem/ vt ſummum bonum intelligeret/ intelligen
do amaret/ amando poſſideret/ poſſidendo frueretur. Iſte ergo eſt fi
nis vltimus hominis frui deo/ ⁊ videre ipſum a facie ad facieꝫ ſicut
eſt. Vt affirmat vas electionis Paulus apoſtolꝰ. Probo modo iſto

fundamento declarato inconueniens prima fronte poſitū quia ſecū
dum apoſtolum Paulum. Omnes indiguimus gloria dei/ ⁊ redemp-
cione eiuſdem/ quia poſt tranſgreſſionē legis primis parentibus da
te omnes erāt inclinati ad dampnacionē ſempiternam/ que dampna
cio eſt oppoſita noſtro fini vltimo. Cū ergo eciā ipſa virgo indiguit
gloria dei/ ⁊ gracia domini noſtri ihesu criſti/ ſine qua eciam ipſa in
eternum dampnata fuiſſet. Quero ergo ex qua cauſa idiguit tali re
dempcione. Aut quia peccauit in radice/ ⁊ non contraxit peccatum
Et hoc dicendum non eſt/ quia peccatum in radice non contractum
nihil mali ponit in anima noſtra apud dominum racione cuius crea
tura poſſit inclinari ad dampnacionem ſempiternam. Aut indiguit
redempcionē quia contraxit peccatum originale/ ⁊ hoc dicendū nō
eſt per te. Et cum nulla alia cauſa aſſignari poteſt preter iſtam. Reli
quitur ꝙ virgo nulla antecedente cauſa erat iclinata ad dampnacō
nem. Et indiguit gloria domini noſtri ihesu criſti. quod eſt inconue-
niens deductum.

¶ Tercium inconueniens quod ſequitur niſi conſequēcia illa vale
at eſt ꝙ virgo maria fuiſſet redemptrix ⁊ non redēpta. Conſequēs
falſum/ quia tantum eſt vnus redemptor criſtus inconueniēs ſic de
ducitur. Virgo maria paſſa eſt anguſtiā mortis/ ⁊ multas alias pe
nas. Aut ergo quia in ea fuit cauſa talis paſſionis. Aut quia in ea
non fuit aliqua cauſa talium penarum. Non ſecundum quia in hoc
appareret deus iniuſtus/ vt deductū eſt in primo inconuenienti. Si
primū. Aut talis cauſa fuit ex peccato in radice nō contracto. Aut
ex peccato in radicē ⁊ in ea contracto/ Aut ꝓpter ſalutem humani
generis. Non primum quia peccatum in radice nullum defectū po
nit in creatura quando non eſt contractum neq̧ ſecundū per te/ q̄
virgo non contraxit peccatum originale. ergo datur tercium mem-
brum ex ſufficienti diuiſione deductū. ¶ Confirmatur/ quia virgo
non indiguit redempcione/ probatur quia redempcio p̄ſupponit lap
ſum/ ⁊ paſſa eſt ergo fuit redemptrix ⁊ non redempta.

¶ Quartum inconueniens ꝙ ſequitur niſi conſequēcia illa valeat
eſt/ tolleretur omnis via ad probandū filios Ade in concepcione cō
traxiſſe peccatum originale. Hoc autem eſt contra augu. i libro de
baptiſmo paruulorum contra hereticos affirmantes paruulos nō cō
trahere peccatum originale ex peccato primorum pentum in quo lo
co Augu. probat per raciones veriſſimas atq̧ neceſſarias/ ꝙ lege
tranſgreſſa a primis omnes qui ex lumbis eorum trahunt originem
per concubitum viri ⁊ mulieris contrahunt tale peccatum. Inconue
niens ſic deducitur. qua racione vnum indiuiduū ſpeciei humane po
teſt preſeruari a peccato originali in concepcione ne contrahat illud

omnia indiuidua poſſunt preſeruari ne inconcepcione cõtrahatur ta
le peccatuꝫ probatur. quia peccatum originale ex eadem cauſa ĩ oĩ-
bus contrahitur. ergo ſi fuit preſeruatum aliquod indiuiduũ ne cõ
traheret tale peccatũ. hoc fuit ex poſſibilitate probat̃. quia iſta mo
ta hoc nõ potuiſſet fieri. Et vt dictuꝫ eſt. qua rõe vnuꝫ indiuiduũ po
tuit ꝑſeruari eciã omnia ĩdiuidua potuerũt a tali peccato preſerua-
ri. ergo nulla racio neceſſaria poteſt ꝓbare ꝙ omnes qui cõtraxerũt
origineꝫ ex primis parentibus concepti fuerunt in tali peccato. ꝓba
tur iſta vltima cõſequẽcia quia ſi eſſet aliqua racio neceſſaria/ eius
oppoſita eſſet impoſſibils/ quod tamen nõ eſt/ quia qđ competit per
eadem cauſam omnibus indiuiduis eiuſdem ſpeciei/ ſi ab vno indiui
duo illud poteſt remoueri/ poteſt remoueri ab omnibus. Cum auteꝫ
peccatuꝫ originale competat omnibus indiuiduis ſpeciei humane ꝑ
ade peccatum qđ fuit cauſa dãnaciõis omniuꝫ noſtrum/ ſi ab vno in
diuiduo poteſt remoueri tale peccatuꝫ/ ne ĩ ꝯcepcõe ꝯtrahat illud ab
omnibus põt eciã remoueri. Et ſic tolleretur via neceſſaria ad ꝓbã-
dum paruulos cõtrahere tale peccatuꝫ/ et ſic baptiſmus nõ eſſet ne
ceſſarius in paruulis.

¶Quintũ incõueniẽs qđ ſequitur niſi illa cõſequẽcia valeat eſt. Qđ
ſi virgo nõ fuiſſet ꝯcepta pc̃tõ ĩ origĩali ſi mortua fuiſſet ãte paſ
ſionem domini noſtri Jeſu xp̃i ad eternã gloriaꝫ iuiſſet antequaꝫ cri
ſtus a mortuis reſurrexiſſet/ qđ eſt abſurdũ dicere et ĩcõueniẽs/ ꝓ
batur. Quandocunqꝫ eſt aliquod ens in vniuerſo ꝓductuꝫ ꝓpter ali
quem finem ſi nullum eſt impedimentum reſpectu ſui finis/ illuꝫ at
tingit finem/ ſed ſic eſt ꝙ viſio intuitiua dei/ ⁊ fruicio eiuſdem eſt vl
timus finis ꝓpter quem anima intellectiua eſt ꝓducta. ergo a moto
omni impedimento anima intellectiua attinget illum finem/ maior
huius racionis eſt nota/ ⁊ minor eſt pauli apoſtoli dicentis. Videbi
mus illum a facie ad faciem ſicuti eſt/ tũc ſic. Si anima virginis fu
iſſet ſepata a corpore/ anteqꝫ criſtus mortuus eſſet/ nullum impedi-
mentum ei fuiſſet/ per quod poſſet remoueri a viſione intuitiua dei/
probatur quia non peccatum originale/ neqꝫ aliquod aliud peccatuꝫ
veniale aut mortale/ neqꝫ illud impedimentum poſſet eſſe violentuꝫ
quia hoc eſſet contra dei iuſticiam/ quod nullo antecedente defectu
anima virginis amota fuiſſet ab vltimo fine eius/ quod ſi ſic non eſt
ſequitur ꝙ illa anima glorioſiſſima virginis marie iuiſſet ad eternã
gloriam/ ⁊ vidiſſet dominum a facie ad faciem ſicut eſt.

¶Sextum inconueniens quod ſequitur niſi illa conſequẽcia valeat
eſt/ fuiſſet aliqua creatura cõmuni curſu nature ꝑ concubitum viri
⁊ mulieris ꝓducta ⁊ tamen ĩ peccato originali non fuiſſet concepta
hoc inconueniens eſt ſatis clarũ. Et primo ꝙ ſit ꝓducta ꝑ cõcubitũ

viri ⁊ mulieris / hoc eſt notum quia habuit parentes. ſcȝ Joachim ⁊
Annam / ex quibꝰ generata eſt. Quod non ſit ĩ peccato oꝛiginali cõ
cepta / hoc affirmatur a te / hoc autem inconueniens eſt expꝛeſſe cõ-
tra augu. in li. de fide ad petrum dicentem. Firmiſſime tene ⁊ nulla-
tenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri ⁊ mulieriſ
natus eſt in peccatis ↄceptus eſt ⁊ ſic apparet iconueniẽs deductũ.

Argumenta ſpecialia oſtendencia virginem in peccato oꝛiginali
fuiſſe conceptam.

Poſtq̃ȝ deo dante racionibus vniuerſalibus ꝓbabiliter indu-
ctum eſt omnes qui ex lumbis Ade per concubitum viri et
mulieris duxerunt oꝛiginem / neminem creatura humana pu-
ra excepta contraxiſſe peccatum oꝛiginale. Nunc in pꝛeſenti articu-
lo adducende ſunt raciones ꝓpꝛie quibus aduerſarii veritatis conã-
tur pꝛobare ſpecialiter virginem in peccato oꝛiginali fuiſſe ↄceptã.

Primum argumentum eſt hoc ſubiectum gracie pꝛioꝛitate natu-
re pꝛecedit graciam / quia ſemper ſubiectum ſubſtanciale pꝛecedit ac-
cidens fundatum in illo / ꝙ ſecundum ariſt. Subſtancia eſt pꝛioꝛ omi
accidẽte. Sed anima virginis fuit ſubiectũ gracie / que gracia fuit
accidens. ergo pꝛioꝛitate nature pꝛeceſſit illam graciam. Tunc acci-
pio animam virginis in illo pꝛioꝛi / ⁊ arguitur ſic. Jn tali anima eſt
carencia oꝛiginalis iuſticie debite ĩ pꝛimis parẽtibus amiſſe ex trãſ-
greſſione legis / ergo in tali anima eſt peccatum oꝛiginale. conſequẽ-
cia patet / a diffinicione ad ſuum diffinitum. Antecedens autem cõ-
ſequencie ptȝ in illo pꝛioꝛi non poteſt dici ꝙ ſit gracia equiualens oꝛi-
ginali iuſticie / quia tale ſubiectuȝ eſt pꝛius illa / nec poteſt dici ꝙ ibi
ſit oꝛiginalis iuſticia / quia pꝛeter criſtum redemptoꝛem noſtrũ poſt
Ade peccatum / nemo fuit in oꝛiginali iuſticia conceptus.

Secundum argumentum eſt hoc. Virgo maria ĩdiguit gracia dei
iuxta illud pauli apoſtoli dictum. Omnes ĩdiguimus gracia dei iſto
ſtante arguitur ſic. Aut ergo virgo ĩdiguit gracia dei anteq̃ȝ eſſet.
Aut poſtq̃ȝ fuit / nõ pꝛimuȝ quia ĩdigẽcia ĩ aliquo pꝛeſuppomit illud
Neq̃ȝ ſecundũ / quia impoſſibile eſt ꝙ ſit idem inſtans ĩdigencia gra-
cie. ergo in inſtanti indigencie non habuit graciam / tunc quero vtrũ
in inſtanti ĩdigencie erat aliquis defectꝰ in maria vel nullus. Si di-
catur ꝙ ſit aliquis defectus / ille non poteſt eſſe niſi peccatum oꝛi-
ginale. Si dicatur ꝙ ibi ſit nullꝰ defectus / hoc ſtare nõ poteſt / quia
vbi nullus eſt defectus / ibi nulla eſt ĩdigencia.

Tercium argumentum. Fundamentum per quod ponitur virgiẽ
in peccato oꝛiginali non fuiſſe conceptam eſt vt veneretur ihẽſu cri-
ſti mater / ſed tali honoꝛe deus non vult venerari matreȝ criſti. ergo
non debemus ponere virginem non fuiſſe conceptam in peccato oꝛi-

ginali· minoꝛ huius racionis pꝛobatur· Quia hiere· ſup mat. ſuper li·
generacionis ihesu criſti· Jnquit nullam ſanctarum mulierum ī ge
nealogia ſaluatoꝛis aſſumi· ſed eas quas ſcriptura repꝛehēdit· vt de
peccatricibus naſcens omnium peccata deleret·
¶ Quintum argumentum illud debet poni ī maria· per quod virgo
magis debetur criſto· pꝛobatur quia dicitur ī euangelio· Cui plus di
mittitur plus diligit· Sed ponere ipſam in peccato oꝛiginali eſſe cō
ceptam· deinde mundatam eſt ponere ipſam magis criſto debitricē
q̄ʒ ponere oppoſitum pꝛobatur· quia ſecundum hoc virgo cognoſcit
opus redempcionis· per quod opus verbum caro factum eſt· Ergo
illud exponendum in ea ſcʒ ipſaʒ ī peccato oꝛiginali fuiſſe ꝯceptā·
¶ Quintum argumentum in parentibus virginis fuit libidinoſa cō
iunctio ergo pꝛoles nata ex his fuit in peccato oꝛiginali cōcepta· Cō
ſequencia ptʒ quia dicitur in euangelio· Bona arboꝛ bonos fructus
facit· mala autem bonos fructus facere non poteſt· Et ab augu· affir
matur in li· de fide ad petruʒ· Quod omnis homo· qui per concubitū
viri ⁊ mulieris natus eſt in peccatis conceptus eſt·
¶ Sextum argumentum· quandocūq̄ʒ ſunt duo· quoꝛum vnum ne
ceſſario ſequitur ad aliud ſi datur ſecunduʒ in aliquo· in illo eſt· aut
ſaltim fuit pꝛimum ſed ſic eſt ꝙ peccatū oꝛiginale ⁊ rebellio ſenſuū
ſūt huiuſmōi ſcʒ ꝙ rebellio ſenſuū ſequit̄ neceſſario ad peccatuʒ oꝛi
ginale· Ergo poſita rebellione ſenſuū ī aliq̄ creatura ponit̄ peccatū
oꝛiginale· aut ſaltē fuit ī illa· ſillogiſmꝰ bonꝰ· maioꝛ eſt nota· ⁊ mi
noꝛ pꝛobat̄· ꝙ ſēſus nunq̄ʒ fuere rebelles racioni· ī pꝛimis parentibus
niſi facta deoꝛdinacione ī illis· ꝗꝛ vt dicit augu· li· xiiii· de ciui· dei· c·
xiii· Jn occulto mali eſſe ceperunt· vt ī apertā inobedienciā laberent̄
Non enim ad malum opus perueniretur· niſi preecederet mala volun
tas· Jn virgine autem quāuis ipſa nunq̄ʒ habuit aliqueʒ peccati ſti
mulum ex parte ſenſuum· tamen virgo paſſa eſt ſecundū ſenſus mul
tas paſſiones ſcʒ famem ſitim ⁊ doloꝛeʒ moꝛtis vnigeniti filii ſui cri
ſti· que paſſiones ſecundum animū in virgine non erant· quia ſem
per in illa fuit recta racio dominans appetitui oīm ſenſuū eius·
¶ Argumenta ſumpta ex pꝛiuilegiis criſti pꝛobancia virginē a ma
cula peccati oꝛiginalis fuiſſe deturpatam·
NOn ſufficiunt argumenta per nos ſuperioꝛibus articulis ad
ducta imo neceſſarium eſſe videtur· vt abſoluatur tota in
tencio aduerſarioꝛum ponere quaſdaʒ raciones ſumptas ex
pꝛiuilegiis criſto competentibus ad pꝛobandum virginem in peccato
oꝛiginali fuiſſe conceptam·
¶ Prima racio hec eſt· Non ſunt tantum glorioſiſſime virginis pꝛi
uilegia a deo illi datā a nobis extollenda· vt minuantur pꝛiuilegia

atqꝫ dignitas ⁊ gracia ſaluatoris noſtri iheſu criſti· Sed ꝙ ipſe ſolꝰ
criſtus poſt ade lapſum extiterit ſine peccato per excellenciam digni
tatem atqꝫ graciaꝫ ſoli attribuitur criſto· ergo non debemus ita ex=
tollere virginem/ ⁊ eius priuilegia/ vt auferatur dignitas excellen
cia redemptoris noſtri/ maior huius racionis nulli dubia eſſe debet/
quia ſi ab aliquibus oppoſitum teneretur heretꝰ appellari poſſet
minor autem huius racionis probatur per augu· i li· de baptiſmo par
uulorum dicentem· Reſtat inquirere/ vtrum in filiis hominuꝫ aliq̄s
potuerit eſſe ſine peccato· ⁊ dicit· Non eſt in filiis hominuꝫ quiſq̄ꝫ ſi
ne peccato excepto vno mediatore/ ⁊ in eodem libro circa finē libri
ſecundi dicitur· Teneamus fidei indeclinabilem confeſſionem ꝙ ſo
lus criſtus ſine peccato natus eſt in ſimilitudinem carnis peccati·

¶ Secunda racio poſt ade delictum ſolus criſtus īter homines ſine
peccato omnio inuentus eſt· De mulieribus autem nulla inuenta ē
aut reperta· ergo non eſt affirmandum virginem ſine peccato origia
li fuiſſe conceptam· Conſequencia probatur/ quia oppoſitum conſe
quentis/ infert formaliter oppoſitum antecedentis· Antecedens au
tem probatur/ ꝙ dicitur eccleſiaſtes· vii· Vnuꝫ de mille viris reppe
ri/ de mulieribus nullā inueni/ que verbā exponēs augꝰ· dicit· Vnū
id eſt criſtum de mille viris repperi· vbi notandum eſt ꝙ ibi accipitur
numerus millenarius pro omni numero/ ſine peccato/ de mulieribꝰ
nullam inueni·

¶ Tercia racio omnis mūdicia creature humane pure debet eſſe ci
tra mundiciam criſti/ probatur quia in filiis hominum non eſt inuē
tus quiſq̄ꝫ ſine peccato niſi criſtus ſed ſi virgo non fuiſſet concepta
in peccato originali/ ⁊ fuiſſet in concepcione ſancta mundicia virgi
nis fuiſſet equalis in concepcione cum mundicia concepcionis criſti
quod eſt abſurdum· ergo non eſt ponendum virgine ſine peccato ori
ginali fuiſſe conceptam·

¶ Quarta racio fundamentum per quod ponitur virginem in pec
cato non fuiſſe conceptam eſt ꝙ potuit preſeruare illaꝫ a tali pecca
to· Et ſicut potuit ita decuit ⁊ ſicut decuit ita factuꝫ eſt· Sed iſtud
fundamentum eſt falſum/ quia iſto modo poſſet probari criſtum non
fuiſſe mortuum pro ſalute humani generis/ quia potuit nō mori/ ⁊
omne quod eſt poſſibile deo illi conuenit· ergo decuit/ ⁊ ſicut decuit
ita debebat fieri/ que tamen omnia falſa ſunt atqꝫ riſu digna·

¶ Quinta racio· fundamentum per quod ponitur virginem in ꝯcep
cione fuiſſe ſanctā eſt/ quia verbum dei filius debebat venerari vir
ginem/ quia ab eterno eius mater electa fuit/ ſed hoc fundamentū
eſt falſum/ quia verbum dei filius maiora potuit conferre vigini/ q̄
magis honoraſſent eam/ q̄ꝫ hoc ꝙ fuerit ſine peccato concepta/ vt i

mortalitatem ⁊ beatitudinem de facto: ⁊ tamē hec illi a domino cō
ceſſa non fuere: quia non erant conueniencia: ergo non debet dici ꝙ
virgo ex eo ꝙ debebat eſſe iheſu criſti mater fuit preſeruata / ne in
peccato originali eſſet concepta: ꝙꝛ hoc ſolū erat criſto ꝯueniens.

¶ Auctoritates cōmunes ꝓbantes oēs: qui ex primis parentibus duxerunt originem in peccato fuiſſe conceptos.

NOn contenti ex his argumentis ſuperioribus articulis adductis aduerſarii veritatis adducunt quaſdaz auctoritates cōmunes probantes omnem creaturam humanam poſt ade delictum fuiſſe in peccato originali conceptaz. Nam Iſa. c. liii. Inquit omnes nos quaſi oues errauimus: vnuſquiſqꝫ declinauit in viā ſuā ⁊ dominus poſuit in eo ſcꝫ criſto iniquitates omnium noſtrum. Et apoſtolus Paulus ad romanos. v. Per vnum hominem mors intrauit in mundum: ex quo omnes peccauerunt. Et in eodez loco. Sicut vnius ade delictum regnauit in omnes in cōdempnacionez: ſic vniꝰ criſti iuſticia regnauit in omnes. Et alibi idem apoſtolus ſic: omnes in adam moriuntur: ſic ⁊ in criſto omnes viuificanẗ. Et ſanctus leo papa inquit. Dominus noſter peccati mortiſqꝫ deſtructor: ſicut nullum reatu liberum repperit: ſic liberandis omnibus venit. Et augꝰ li. xiii. de ciui. dei. c. xiiii. Omnes enim ī illo fuimꝰ: quando ille vnꝰ omnes corrupit: qui per feminam lapſus eſt.

¶ Auctoritates ꝓprie ſpecifice ꝓbantes virginem in peccato originali fuiſſe conceptam.

VLtimo pro compleměto huius affirmatiue partis adducere intendimꝰ aliquas auctoritates ſpecialiter explicantes virginem in peccato originali fuiſſe conceptam: vt omni ex parte per nos ſatiſfactum ſit aduerſariis veritatis.

¶ Prima auctoritas eſt ſancti bern. in epiſtola ad Lugdunenſē dicentis. Virgo ī concepcione minime ſanctificare potuit imo ipſa peccato fuit obnoxia. Deīn de virtute ſpiritus ſancti mūdata. Et anſhelmus li. ii. Cur deus ⁊ homo inquit licet omnis dei concepcio mūda ſit: ⁊ abſqꝫ carnalis delectacionis peccato. Virgo tamen ipſa vnde aſſumptꝰ eſt ī iniquitatibus concepta eſt: ⁊ ī peccatis concepit eam mater eius. De tantis totqꝫ preclariſſimis viris: hos duos viros auctoritate dignos: quia de aliis paruz curamus: inuenimus expreſſe affirmantes virginem in peccato originali eſſe conceptam quibꝰ nō obſtantibus partem negatiuā omnino tenere intendimus: ⁊ hoc veriſſimis racionibꝰ multiſqꝫ ꝓclariſſimis ſanctoruz auctoritatibus ducti auxiliāte nobis glorioſiſſima ac intemerata dei genitrice.

